DE AFFECTIBUS LIBER EX IOANNE IACOBO PALEMONIO EPISCOPO...

Giovanni Giacomo Palamolla

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 G
34

14. 9. 1820

Digitized by Google

Digitized by Google

14–9.75

Digitized by Google

DE AFFECTIBVS
LIBER
EX
IOANNE IACOBO
PALEMONIO
EPISCOPO MARTIRANENSI

Eminentiſs. & Reuerendiſſ. D.

D. DECIO
AZOLINO
S. R. E. CARDINALI
DICATVS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ROMAE. MDCLXVII.
TYPIS PAVLI MONETAE.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sac. Pal. Apoſtol.

M. Ep. Arimini Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apoſt. Mag.

Digitized by Google

Eminentiſſ. ac Reuerendiſſ. D.

S. R. E. CARDINALI

DECIO AZOLINO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PVBLICAE luci, *Eminentiſſ. Princeps*, committo libellum *Affectuum*, cui, ne cœcos vnquam vereatur offendere noctis incurſus, lucidiſſimum Eminentiæ tuæ addo

Digitized by Google

nomen in fronte. Hoc vno dumtaxat actu, munus exequor duplex, libelli conſulo rationibus, & gratum mei pectoris documentum exhibeo, vt illi nitidius tuo nomine patrocinium aptare non poſſum, ita meæ erga ~~Eminentiam tuam~~ deuotionis certius his affectibus teſtimonium inuenire non valeo. Sub nomine tuo virtutum vniuerſarum rutilat apparatus: iuſtitia ſibi vendicat locum, qua ſolis radios refers, qui ſemper incedit in Libra: prouidum fulget prudẽtiæ ſpecimen, quo tenebras ſecernis à lumine: præſtans Fortitudinis emicat robur,

quo manum mittis ad for-
tia: moderatrix commo-
tionum viget temperantiæ
ratio, qua furias procella-
rum auertis, & meſſem di-
ſciplinarum temperato fœ-
cundas influxu. Sub his Af-
fectibus planum facio ſtu-
diū illud amoris obſequen-
tiſſimum, è tuorum morum
benignitate profectum, im-
menſum enucleo deſide-
reum, quo tuis inhærere
mandatis ardenter laboro:
geſtientem præ me fero læ-
titiam, ſi tuarū alarum pro-
tegor velamento: explora-
tam non diſſimulo ſpem, vt
aliquando ſublimiori re-
gnantem ſede te colam. Fa-
torum annuēte concilio ad

Digitized by Google

Romanam purpuram eue-
ctus es, tuis meritis debitã,
tno generi familiarem. Ti-
bi ſeruiat tandem natura,
& motu feliciori verti ter-
rarũ Orbis gaudebit ad nu-
tus tuos. Terminabis Fa-
mam ſyderibus, adeoque
diuinam cum ſapies, huma-
nam non dedignaberis ſor-
tem. Tuæ virtutis præſtan-
tia greſſu admirationis in-
ſolito progredietur ad po-
ſteros. Vt ſolis comes ſem-
per eſt lux, ſemper erit tui
nominis ſequax gloria. O
quid inſigne? ò quid im-
mortale de te loquitur Cœ-
lum? inclytũ tibi ſtellarum
characteribus deſcriptũ eſt
fatum. Tunc montes exul-
tatione

tatione conſurgent, pacis vbertas germinabit in campis, terra mellis ſuauitatem experietur in riuis. Omnis populus ſectabitur greſſus tuos, omnis plebs venerabitur vultum tuum, omnis lingua confitebitur nomen tuum. Ipſe quoque confectus ſenio trementem manum auerſam ad cytharam, & cantica iubilationis effundam, Nunc lætitiæ tantæ prænuncium, affectum libellum hunc accipe, & in exiguo munere, ſtudioſiſſimis tuæ exiſtimationis refertum affectibus cor meditare. Ob illam humanitatem, qua, cunctis præluces eximius, gratum

Digitized by Google

tibi fore confido. Humanitas; quæ penès alios anguſtis concluditur finibus, apud Eminẽtiam tuam ſpatijs euagatur immẽſis. Calles regalem virtute ſuſtinere fortunam, & non indiges ſupercilio. Viuat diù, Princeps Eminẽntiſſime, Clementia tua, & ſemper à meritis tuis rumpi cernatur inuidia, ſemper à Purpura tua erubeſcere ſtultitia diſcat.

Romæ 12. *Martij* 1667.

Eminentiæ tuæ

Hummillimus, & deuotiſs. Seruus
Io: Iacobus Palemonius.

DE

DE AFFECTIBVS.

ANima, cùm ſit corporis organis vincta, affectibus ſuas numerat paſſiones, & triplici facultate, concupiſcibili, iraſcibili, & rationali ſuas partes exercet. Concupiſcibili, quandoque reſpicit bonum, & malum abſolutè, & producit amorem, & odium: quandoque intuetur bonum, & malum, vt præſens, & parit lætitiam, & dolorem. quandoque meditatur bonum, & malum, vt abſens, & concipit deſiderium, & fugam. Iraſcibili conſiderat bonum, & malum difficultatibus obſitum ad adipiſcendum vel depellendum, & ſi

adeſt fiducia, Spem, & audaciam experitur: ſi diffidentia, deſperationem, & timorem offendit. Si verſatur in lęſionibus, in iracundiam proſilit: ſi inter indigna moratur, in indignationem aſſurgit. Rationali percurrit bonum, & malum ſub ratione laudis, & vituperij, & æmulatur, & inuidet: ſnb ratione virtutis, & vitij miteſcit, & miſeratur, diſſoluitur, & verecundatur.

Primi ſex aereæ poteſtati ſubduntur, quandoquidem ab aerea qualitate non diſtant: ſunt enim vacuitatis impatientes, & ſimul diuerſa coniungentes in vnum; ſpirituali naturæ contermini, & ea ratione incoſtantes. Igni ſubijciuntur ſex alij, pinguedine, velut ignis, veſcuntur materiæ, latere neſcij, proprias palam faciunt actiones: quietis ignari motu agitantur aſſiduo. Alij ſex poſtremi temperamẽto ſubiacent terreo, namque terræ conſtantiam immitantes mutationi non inhiant, intus in centro mineralia procreant ſemina, foris in ſuperficie germinibus pullulant varijs. Ad Affectuum regimen non admittitur Aqua, cum

nullam

nullam cum rationali natura participationem ſit conſequuta. Natura media dicitur inter denſum, & tenue, inter terram, & aerem. menſtruum eſt naturæ, corpus volatile, fugax. Idcirco rerum Opifex Deus, aut illi legem impoſuit, ne ſuos fines excederet: aut illam ligauit in nubibus, ne deorſum erumperet. Sortita eſt ſeruile principium, & alteri ſeruitiū ſi præſtare contenta eſt, elementorum eſt ſedes, & baſis, & omnium qualitatum eſt ſuſceptibilis: ſi perduellis abſolutum ſibi expoſcit imperium, greſſu vegatur inſtabili, multiplicem ſiguram aſſumit, & redigitur tandem in nihil. Infelices, & miſeros quibus ſub Aquæ temperamento annos exigere contigit. O quoties vitā perrranſientes aquam deguſtabimt intolerabilem! æuum agent flagitioſum, auris paſcentur inanibus. cum cibus illorum erit abſynthium, potus conuertetur in fel. Decipitur in Epimedine Plato, cum Heroas ex aquæ elemento progenitos aſſerit: nulla nobilitas emicat actuum, vbi propter inſtabilitatem tenor deſideratur harmonicus: innu-

Digitized by Google

merabiles inſunt aquis quibus veritas obruatur, voragines; ab aquarum ſegnitie flammeſcentes gloriæ ſpiritus enecantur, & laudum veſtigia non cognoſcuntur in aquis.

Affectus iſti per cauſas, per ſigna, per effectus, per proprietates, & per inſtrumenta diſtincti aduertuntur. per cauſas, cum ab aliqua ratione commotus animus debeat ad illos impelli. Per ſigna, propter obedientiam naturalem, quam animæ præſtat corpus. Per effectus, cum quicquid conceptum erat in animo, effectibus manifeſtari neceſſariũ ſit. Per proprietates, propter accidentia, quæ naturali motu ſequuntur affectus, vt gaudij eſt foras expellere ſpiritus, timoris intrò retrahere &c.

Per inſtrumenta, cum omne agens cum aliquo inſtrumento oportet, vt agat. potentiæ viſiuæ inſtrumentum eſt oculus. Inſtrumẽtum eſt naturale, & morale. Inſtrumentum naturale amoris eſt phantaſia, & cor: morale eſt intuitus, cogitatio, & verbum &c.

Naturalis affectuum adhuc nõ patet origo, & ideò cauſis illos incognitis aſſignarunt.

Di-

Dicerem, ſi liceret, illos à ſuperiori cœleſti cauſa manare, ab illa quidem virtute, quam Cœli Reginam Hieremias appellat, cum nihil hic infernè excitetur in animo, quod prius ſupernè non ſit reuolutum in circulo. Illa eſt, quæ certis, præſcriptiſque legibus omnia regens, non dedignatur vt caſui, & tempori tribuatur, quod ordine non errante decretum eſt. Hinc eſt, quod idem circumſtantijs repetitum eiſdem, eoſdem non emittit effectus. Ciet manſuetudinem, quod anteà prouocauerat iram: euomit odium, quod olim aſtipulabatur amori. Paucis eſt nota, & rudes, qui tantæ lucis non aduertere fulgorem, cœcam illam nuncupauere Fortunam; cuius actus ſophiſticis non captauere argumentis, volubili collocauere ſub rota. Sed lateat hæc quouſque à pectoribus hominum exulabit veritati cognata ſimplicitas, & vt ferreo morem geram huic ſæculo (non diſcedendo à à ſententijs Ariſtotelis, Virgilij, & Taſſi, qui quantumuis plurimum huius luminis hauſerint, incuriæ mortalium aſſentando aſſeruerant affe-

ctuum

ctuum ignota primordia) dicam, ignotas eſſe illas animi iclinationes, à ratione alienas, menti, eiuſque tranquillitati contrarias, ex apprehenſione boni, vel mali, præſentis, vel imminentis. Idem ſentit eoſdem definiẽdo Ariſt. 2.Rhet.c.1.Sunt vero affectus, per quos cùm ſe immutent, differunt in iudicationibus, quos ſequitur moleſtia, & voluptas, vt ira miſericordia, metus, & quæcunque alia eiuſmodi, & his contraria. ἔστι δὲ τὰ πάθη, δι᾽ ὅσα μεταβάλλοντες, διαφέρουσι πρὸς τὰς κρίσεις, οἷς ἕπεται λύπη, καὶ ἡδονή, οἷον ὀργή, ἔλεος, φόβος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτοις ἐναντία. Et in libro Problemat. ſect. 30. Πολλάκις γὰρ οὕτως ἔχομεν, ὥστε λυπεῖσθαι ἐφ᾽ ὅτῳ δὲ οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν ὅτε δὲ εὐθύμως, ἐφ᾽ ᾧ δ᾽, οὐ δῆλον. Fit enim ſepenumero, vt angamus, & animo ſuccumbamus: ſed cur ita, nullam reddere cauſam habemus, aliàs contra, vt ſecuritate animi geſtiamus, ſed quamobrem, minimè conſtat. Neque ab hac opinione diſſentit Plato, cùm ait in Phædro, ἐρᾷ μὲν οὖν, ὅτου δέ, ἀπορεῖ, καὶ οὔθ᾽, ὅ τι πέπονθεν,

πουτεν, οἶδεν, ὐδ᾽ ἔχει φράσαι.

Virgilius in libro quarto exprotmit amoris affectum, cum Didonem accepto in venis vulnere laborantem, & cæcis accenſam flammis deſcribit.

At Regina graui iamdudum ſaucia cura.
Vulnus alit venis, & cœco carpitur igni.

Significauit affectum lætitiæ, cum in 8. Ecl. cecinit.

Neſcio, qua præter ſolitum dulcedine læti
Inter ſe folijs ſtrepitant.

Et in 4. Georg.

--- Hinc neſcio, qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidoſque fouent.

Deſiderij præmõſtrat affectum, cum pangit in 9. Aen.

-- Dij ne hũc ardorẽ mẽtibus addũt.
Euryale? an ſua cuique Deus ſit dira cupido.
Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete eſt.

Pertinet ad inuidiam quod in Ecl. 3. legitur.

Digitized by Google

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Exprimit metum in 2. Aen.

Hic mihi neſcio, quod trepido male numen amicum
Confuſam eripuit mentem.

Accedit huic ſententiæ Taſſus, & affectum amoris his carminibus detegit in can. 19. in oct. 94.

Allhora vn non sò che ſoaue, e piano
Sentij, ch'al cor mi ſceſe, e vi s'affiſſe;
Che ſerpendomi poi per l'alma vaga,
Non sò come diuenne incendio, e piaga.

Deſiderij vim manifeſtat in cant. 12. in oct. 5.

Buona pezza è Signor, ch'in ſe raggira
Vn non sò che d'inſolito, e d'audace
Queſta mente inquieta.

Diſtinguit pietatis affectum in cant. 2. in oct. 37.

E vn non sò che d'inuſitato, e molle
Parche nel duro petto al Rè trapaſſe;

Et

Et in can. 12. in oct. 66.

In queſte voci languide riſuona
Vn non sò, che di flebile, e ſoaue
Ch'al cor gli ſerpe, & ogni ſdegno ammorza,
E gl'occhi à lagrimar gl'inuoglia, e sforza.

Exponit timorē in can. 14. in oct. 40.

Ch'io non sò, s'il ver miri, ò ſogno od ombra,
Così alto ſtupore il cor m'ingombra.

Et in can. 20. in oct. 1.

Quando lo ſtuol, ch'à la gran torre è ſopre,
Vn non sò che da lunge ombroſo ſcorſe.

Indicat affectus pietatis, metus, & doloris ſimul annexos in cant. 13. in oct. 40.

E tragge vn ſuon, che flebile concento
Par d'humani ſoſpiri, e di ſingulti:
E vn non sò che confuſo inſtilla al core
Di pietà, di ſpauento, e di dolore:

Arguuntur confuſim affectus indignationis, iræ, & pietatis in can. 20. in oct. 51.

Non

Non vi è ſilentio, e non vi è grido eſpreſſo,
Mà odi vn non sò che roco, e indiſtinto:
Fremiti di furor, mormori d'ira,
Gemiti di chi langue, e di chi ſpira.

Satis ex premiſſis habetur affectum eſſe rationi contrarium, ſed vt euidentiùs pateat, adducitur locus ille Virg. in 4. Georg.

Cum ſubitò incautum dementia cœpit amantem.

Et in 4. Aen.

Vritur infelix Dido, totaque vagatur
Vrbe furens.

Circa hoc obſeruetur Taſſus in cant. 16. in oct. 51.

Non entra amor'à rinouar nel ſeno,
Che raggion congelò la fiamma antica.

Rurſus menti, eiuſque tranquillitati, quamuis ex dictis iam conſtet, affectum obſtrepere, probatur expreſſione Virgilij in 1. Aen.

----- neque enim patrius conſiſtere mentem.

Paſſus

Paſſius amor.

Et in 4. Aen.

----- Eſt mollis flamma medullas, &

In eod. 4.

Nec placidam membris dat cura quietem.

Inſuper in eod. lib.

Solus hìc inflexit ſenſus, animumque labantem impulit.

Et Taſſius in cant. 7. in oct.

Nè cura, ò voglia ambitioſa, ò auara

Mai nel tranquillo del mio petto alberga.

DE AMORE.

ORitur Amor ex bono, quod facultati concupiſcibili præſentatur, in ipſa gignitur admiratio, ab admiratione producitur complacentia, quæ nomen ſortitur amoris, & eſt optimæ voluntatis erga aliquem inclinatio, emolumentum amati dũtaxat inſpectans congruit cum definitione Ariſtotelis in 2. Rhet. cap. 4. ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν, τὸ βούλεσθαί τινι

ἃ

ἃ οἴεται ἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα ἀλλὰ μὴ αὐτοῦ, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πρακτικὸν εἶναι τούτων.

Sit igitur amare, velle alicui, quę putat bona, illius cauſa, ſed non ipſius; & pro viribus effectorem eſſe eorum.

Amor eſt voluntatis prima progenies, ſponſus virtutis, affectuum princeps. Remigium eſt, quo cœli plagas ſublimiores anima aſcendit, & in altiſſimis habitat. Deſiderium eſt immortalitatis, quo mens ſemper appetit incrementum, & flagrat incendio. Inſtar oculi, qui luce coactus concitatur ad Solem, mẽs amore perfuſa tendit ad pulchritudinem. Pulchritudo concinnitas eſt: concinnitas non diſtat à temperantia, temperantia bono, honeſtoque concordat. Amor perfectionis eſt circulus à bono in bonum perpetuò reuolutus. Triplici contentus eſt ſolio, mentis, oculorum, & aurium: cum præſidet menti, plurium virtutum ornatu quieſcit: cum viget in oculis, plurium colorum, diuerſarumque linearum concordia allicitur: ſi regnat in auribus, vocum plurium con-

conſonantia delectatur . Quicquid artes,& leges longo temporis interuallo depoſcunt , breui momento conſequitur amor . Si pudori coniungitur, animum abſterret à turpibus : ſi velum induit honeſtatis , ad excellentiæ ſtudium prouocat intellectum . Dominationis inuentor eſt, harmoniæ magiſter. Odit ſegnitiem, & gaudet impetu ferri. Periculorum eſt auidus,& æternos cogitat annos : inferiora non ſequitur , & alas oſtentat : timet fortaſse fieri fortunę ludibrium,& libenter incedit nudus . Deſpicit pro dilectione ſubſtantiam , colligit è forti dulcedinem , actus omnes imbuit manſuetudine . Hæ ſunt partes amoris à ratione non diſcedentis . Appetitus tamen ille , qui ſenſibus guſtus , & tactus furit,amor non eſt,ſed rabies, & libido . Originem ille deſumit à chao , genitricem ſibi vendicat noctem : nititur vanitati , & fallax eſt : amentia ducitur,& petulans eſt. Voluptatem quotidie petit,& nunquam inuenit : felicitatibus inhians, ſed à delicijs ſemper abeſt. Cæcutit, iraſcitur , dolet , infelix, perfidus, miſer ,

BIBLIOTECA ... IN ROMA
Digitized by Google

ſer. Amoris affectus excitatu facilis eſt; cum omnia, quæ molem hāc conſtituunt Vniuerſi nectantur amoris nexu. Conuenit aquæ cum terra frigiditas: aqua aeri conſentit humore: aer calore conſors eſt igni: ignis cum terra ſiccitate nō pugnat: ignis aquæ, quantumuis non cedat, aeris lenocinio iungitur. Aer, licet à terra diſcedat, aqua intercedente non diſſidet. omnia ſpirant concordiam, omnia redolent harmoniam. Quiſquis ritè mores elementorum tractare noſſet, cunctorum affectuū arces euerteret, vniuerſaque moderaretur ad nutum. Tali doctrina lapides trahebat Orpheus, feritatem belluas dedocebat, & ventos ſiſtebat in Ethere. Tali ſtudio fluctus pelagi compeſcebat Amphion præcipites naues obſerabat in vndis, & è profundis gurgitibus armenta piſciū euocabat ad choreas. Quicquid adeſt in Mundo, compactum eſt elementis, & cum ſimilibus proferuntur ſimilia fit attractus: cum conuenientibus exhibentur conuenientia, producitur vis. Congruunt cum inſenſibilibus vegetantia, cum vegetā-
tibus

cibus animantia, cum animantibus ſpiritualia,& cũ ſpiritualibus Deus. Arte paratur, quod eſt naturæ:natura, quod eſt diuinum.

Amoris impulſus ſunt: ab eadem proſapia deducere originem, ſincerum pandere cor, glorioſa nominis luce fulgere, fatorum decretis obſecundare, ingenij obſeruire propoſito; veteri, & non nouo argumento erga aliquem rapi in amorem, optimis animi, & corporis dotibus prænitere, beneficiorum obliuione non capi, meliorem promerere fortunam, in eaſdem aduerſitates incidere,eorumdem alterius amicorum beneuolentia frui, eorumdem alterius hoſtium contrariari perfidia,& iniuriarum polliceri vltionem, formæ ſplendorem ſub teneris annis animo regio copulare: alterius perſonæ, quæ amanti ſit grata, vultu,geſtuque referre ſimilitudinem, ſimul cum eadem fortuna diu iſſe vitã, & eoſdem tuliſſe labores, palam fateri obligationes, & beneficia numerare loquẽdo, plurimi fieri reflante fortuna, protegi, & muneribus affici, replere aliorum vota circumſtantijs vltra fami-

ſpem gratioribus, optimatum familiaritatem reſpuere, amicorum tantum recreari commercio, in quocũq. ſtatu nec gloriam, nec felicitatem appetere, quarum amicus ſit expers, renunciari ſe criminis reum, vt à ſupplicio ſit amicus immunis, in aliorum proſperitate lætari, in aduerſis mærere; agere, quæ ſunt amico proficua, non diſcedere ab ingenio amici tranſuerſum vnguem, & illius voluntati ſe mancipare, præſtantem præferre formam, morum ſuauitate, & modeſtiæ lumine decorari: omnium, & amicorum præſertim narrare laudes, iniurias diſſimulare, æqua mente pati, diuitijs abundare; excellere cantu; incedere apparatu mirifico, ob reipublicæ ærumnas affligi, patriæ quieti ſanguinem, & vitam vouere, & huiuſmodi &c. Cũcta hæc in ſequentibus locis Ariſtot. Virgilij, & Taſſi diſcerni poſſunt.

Ariſtot. de moribus lib. 8. cap. 4. πᾶσα γὰρ φιλία δι' ἀγαθόν ἐστιν ἢ δι' ἡδονήν, ἢ ἁπλῶς, ἢ τῷ φιλοῦντι, καὶ καθ' ὁμοιότητά τινα. Nam cum omnis amicitia ob bonum ſit, aut ob voluptatem, vel abſolutè, vel amanti

manti, & per ſimilitudinem quandam.
Virg. in 2. Ecl.
Deſpectus tibi ſum, nec qui &c.
In 1. Aen.
Rex erat Aeneas nobis &c.
Et in eo. 2.
Quare agite ò tectis &c.
In 2. Aen.
Et caſum inſontis &c.
In 3. Aen.
O mihi ſola mei &c.
In 4. Aen.
Multa viri virtus &c.
Et in eo. 4.
Quem ſe ſe ore ferens &c.
In 7.
Non erimus regno indecores &c.
In 8.
Sed mea me virtus &c.
Et in eo. 8.
Gens eadem, quæ te &c.
In 9. audite ò mentibus æquis
Aeneadæ &c.
Et in eo. 9. iam pectore toto
Accipio &c.
Et in eo.
Me me, adſum, qui feci &c.
In 11.

Quænam vos tanto fortuna &c.
Et in eo.
Cara mihi ante alias &c.
Et in eo.
Multæ illam fruſtra &c.
Taſſus in cantu 2. in oct. 14.
Vergine era frà lor &c.
Et in eo. can. in oct. 62.
E la fama d'Egitto &c.
In eo. can. in oct. 28.
- ---- non è non è già rea &c.
Et in eo. can. in oct. 16.
Ei che modeſto è sì &c.
Et in can. 3. In oct. 22.
Vuol, ch'ella ſappia &c.
Legatur cant. 4. in oct. 25.
Et in eo. cant. in oct. 92.
Mà mentre dolce parla &c.
Et in can. 5. in oct. 47.
Anch' io fui prouocato &c.
Et in can. 6. in oct. 57.
Mà fulle in guiſa &c.
Et in eo. can. in oct. 58.
Ella vedendo in giouinetta &c.
Et in eo. cant. in oct. 74.
Non ſai, com'egli &c.
Et in cant. 17. in oct. 49.
Tolga il ciel (dice poi) &c.
Et in eo. can. in oct. 60.
Che

Che ſe no'l ſai, ti ſono amico &c.

Et in eo. can. in oct. 37.

Coſi paſſa coſtei &c.

Et in can. 19. jn oct. 68.

Che par ch'occhio non baſta &c.

Et in eo. cant. in oct. 81.

Toſco (diſſe ella) &c.

Et in eo. can. in oct. 95.

Viſitommi egli ſpeſſo &c.

Amoris ſigna ſunt: aliquem cupidè, & frequenter aſpicere, porrigere manum, ſæpè lachrymas ab oculis fundere, ignita iterare ſuſpiria, amoris cogitationibus rapi, abdicare ſe cibis, cinefactas pallore indicare genas, obrigeſcere foris, quando intus magnum latet incendium, nominis amati memoria cómoueri, exaudire, & præcum per orationem non expectare &c. Hæc ex ſequentibus locis Virgilij, & Taſſi deſumpta ſunt.

In lib. 4. Aen.

---- ſinum lachrymis impleuit &c.

Et in 7.

Accepit manum, dextramq. &c.

Et in eo. lib.

Pars mihi pacis erit &c.

Et Taſſ. in can. 6. in oct. 27.

Già non mira Tancredi &c.

Et in cant. 7. in oct 4.
Cibo non prende già &c.
Et in can. 8. in oct. 47.
Hor quando del Garzon &c.
Et in cant. 12. in oct. 69.
E la man nuda &c.
Et in can. 19. in oct. 94.
Egli la ſua porgendo &c.
Et in eod. cant. in oct. 96.
Veggendo i ſegni tù &c.

Effectus amoris ſunt: ſentire neſcio quid ſuauitatis in pectore, vnde cor vulneratum exeſtuet, amoris flagrare fauillis, & gelu rigeſcere zelotypiæ, incipere effari, & medio in ſermone deficere nullum rationi ſinere locum, in operibus adhibere celeritatem, amati ſubiecti laudes audire libenter, & propalare, vbi amati obſequium vrgeat caſibus arduis non terreri, amati abſentiam ferre lachrymis, & ſuſpirijs, offerre, & donare, velle ſemper de amico loqui, ſermoneſque alios non admittere, cupere abſconditum omnibus, & à publico ſegregatum amicum, non poſſe expleri tuendo, vocibus repetitis quærere de dilecto, vereri de illius ſalute, & cum neceſſitas poſtulat

lat, feſtinanter afferre ſuppetias; quodlibet prætermittere pro dilecto, quantumuis vtile, & neceſſarium, proprium penſi facere decus, reique publicæ fauſtitatem nihili pendere, iniurias tolerare, fræna reijcere diſciplinæ, & obliuiſci honeſtatis. Hi ſenſus ex ſequentibus.
Vir. in Ecl. 10.
Alpinas, ah dura, niues &c.
Et in 1. Aen.
Præcipuè infelix peſti &c.
Ibidem. Nec non, & vario noctem &c.
Et in 4. Aen. quid vota furentē &c.
Ibidem. Incipit effari &c.
Paulo inferius.
Iliacoſq. iterum caſus &c.
Ibid. Sola domo mœret &c.
Ibidem. Non cæptæ aſſurgunt turres &c.
Ibid.--Et oblitos famæ melioris &c.
In 6. Circumſtant animæ, &c.
In 7. Dat tibi præterea &c.
In 9. Mene igitur ſocium &c.
Ibidem. Vt ſtetit, & fruſtra &c.
In 11. Ipſæ de muris &c.
Et in 12. Victus amore tui &c.
Taſſus in 1. can. in oct. 9.

Digitized by Google

Vede Tancredi hauer &c.

In can 3. in oct. 27.

Fermoſſi, e lui &c.

In can. 5. in oct. 71.

La folle turba de gli amanti. &c.

In eo. can. in oct. 73.

Vencislao, che ſi graue &c.

In can. 6. in oct. 70. dal molle ſeno ſgõbra Amor temerario &c.

In can. 12. in oct. 22.

N'arde il marito &c.

In can. 19. in oct. 94.

Allhora vn non sò che &c.

In eo. can. in oct. 97.

Al fin cercando &c.

In can. 20. in oct. 69.

Hor tal veggendo lei &c.

Et in eo. can. in oct. 70.

Mà da Rinaldo &c.

Proprietates amoris ſunt: ſimul ac natus eſt ſe iactare gigantem, & omne ſuper dilecto ſibi imperium vendicare, aſpectu pulchritudinis omnium corda lenire, à memoria petere quod nequit alimentum à ſpe, calamitati, & dolori non cedere, cruciatibus paſci, riſu, & intuitu loqui, ducere ſibi ſeruitutem honori, leuamini catenas, & nexus.

Virg.

Virg. in Ecl. 8.

----— an qui amant ipſi &c.

Et in 5. Aen.

Non ille oblitus amorum &c.

Taſſus in can 1. in oct. 45.

Nato frà l'arme Amor &c.

Ibid. in oct. 59.

Ama, & arde la miſera, &c.

Et in cant.

Pur ne'l duol, che le ſia &c.

Et in can. 14. in oct. 66.

---- -e placar ſente ogn'ira &c.

Et in cant. 16. in oct. 21.

L'vno di ſeruitù, l'altra &c.

Et in cant. 17. in oct. 31.

Che ſarà poi &c.

Inſtrumenta Amoris ſunt: oculi, cogitationes, & verba. ab aſpectu pulchri gignitur admiratio, ab admiratione producitur complacentia, à complacentia excitatur incendium. Phantaſia vbi flagrat accenſa, formoſitatis radios meditatur, illos deſiderio repræſentat, & vritur, & conſumitur. ſpeciem illam è cœlo traxiſſe originem credit, & colit, terrenos putat illam ſuperare nitores, & illam luci comparat incorruptibili. Poſſunt etiam addi gaudia, blandi-

tiæ, conuiuia, & ſomnus. ſomnus quoque aliquando miniſter amoris eſt: ipſe, qui imaginum abolitor eſt omnium, amoris imagines ſeruat, & viſibiles in tenebris affert.

Virg. in lib. 3. Georg.

Carpit .n. vires paulatim &c.

Et in 1. Aen.

Vt cum te gremio accipiet &c.

In 4. Aen.

Credo equidem, nec vana &c.

In 8. Vulcanum alloquitur &c.

Taſſus in cant. 1. in oct. 47.

Egli mirolla, & ammirò &c.

Et in eo. cant. in oct. 48.

E ſempre hà nel penſiero &c.

In cant. 2. in oct. 20.

S'egli era d'alma &c.

In cant. 4. in oct. 32.

Come per acqua &c.

Ibid. in oct. 35.

Donna, ſe pur tal &c.

Et in cant. 7. in oct. 4.

Non però ceſſa Amor &c.

Hoc affectu Amoris vario troporum, & figurarum vtimur apparatu. Tropi in eloquio frequentiſſimi ſint, ornent orationem figuræ verborum, & præcipuè conduplicatio, repetitio,

Digitized by Google

traductio, agnominatio, diſſolutum, adiunctio, ſimiliter cadentia, & huiuſmodì. Et tota compoſitio ex figuris ſentẽtiarum hauriat robur ſuauitatem, & lucem. Appoſitè conferuntur ad rem, definitio, enumeratio, Differentia, exclamatio, Apoſtrophe, Vrbanitas, Sententia, Compar, Varietas, Commoratio, Aſſeueratio, Contrapoſitum, Congeries, Interrogatio, Subiectio, Diſtributio, & Comparatio. Stylus, seù character orationis interuenuſtum, & ornatum eniteat.

Poterit hic inſeruire pro formula ſequens oratio, qua ad Opificis Dei laudes, quæ ſunt amoris effectus, animam prouocamus.

Benedic anima mea Domino. Domino, cuius beneficio hauſiſti ſpiraculum vitæ, mentis nitore dotata es, rationis munere frueris, & ſenſuum talenta pertractas. Vt vitæ mortalis honorem colas, creata non es: aliò tua te vocat origo. illius, cuius imaginem geris, debes inhiare conformitati, eiuſque tantummodò ſalutaris influxus fieri ſedes, & receptaculum. Quare triſti illo ſapientum hu-

more compulſa non aſcẽdis in altum, & diuina intueris? Si attollereris imaginatione, ſalutis quidem authorem aduerteres; ſi phantaſiæ pennis volares, diſcrimina humanitatis diſtingueres; ſi mentis faſtigia ſcanderes, terrena tibi æternorum comparatione vileſcerent. Reſpue nexus, & vincula corporis, & ſyderum puritati compone conſilium. inhibitus ignobilitate materiæ ros diuinus nõ manat è cœlo: humorum cõfuſio flores in terra germinare non ſinit. Indue ſtolam iuſtitie, & laudum nomini Sanctiſſimo Domini iucundas intexe coronas? Illius Sanctiſſimi nominis gloriã proſequitur Ortus, eiuſdemque potentiam, & virtutem non tacet Occaſus. Ipſa quoque diſſidentium qualitatum compoſito fœdere Domini laudes elemẽta pronunciãt. Omne pecudum genus Domini calore ferueſcens, Excelſi dexteram veneratur, & laudat. Montes ipſi, vbi ventorum eſt patria, & temporũ ſeueritas regnat, in Domini laudes aſſurgunt. Tu ſolum, quæ tanti Numinis potes effici templum, & idcircò trãquillo afflaris ardore ſiles, & torpes.

pes. Non te faſcinat Amor ille, qui pẽdete è cruce, & ſenſus amoris ignitos emittit ab oculis? ad intima delapſus præcordia non mouet incendium? Neſcis forſitan omnes, quas in te numeras dotes, eius nomini ſancto referri? Viue viue ad illum cõuerſa, in illum iacta ſint cogitata, illum celebra, illum lauda? O quæ munerũ in te viget occulta proprietas! O qualis luminum te manet improuiſa felicitas! Vbi memoria nominis Domini reſonat, protinus affluit benedictio: præconium Domini ſequitur venia.

DE ODIO.

ODium eſt amoris priuatio, amicitiæ venenum, animi ſerenitatis naufragium: á qualitatum inter ſe diſſidentium conflictu producitur: negligit harmoniæ proportionem, & aſperè diſſonat: concordiæ numeros non admittit, & minitãter inuehitur. Duplex eſt, & duplici ſuccẽditur appetitu. alterum reſiſtit virtuti, & eſt iniquum; alterum prauitatẽ inſequi-

tur, & eſt laudabile. Illud infelix, & triſte: hoc fauſtum, & alacre. illud imbecillitatis ſuæ conſcium petulanter oberrat: hoc innocentiæ ſtudioſum à culpis abſcedit. Exoritur primum ex vilitate curarum: ſecundum ex inconcuſſa ſpirituum magnitudine. Primum eſt animi vitium, quo mens corruit in peiora; ſecundum eſt animi munimen, quo ſeruatur à labe voluntas immunis. Primum nil molitur, quod non ſit ſordidum: ſecundum decorum, & honeſtum amplectitur. Primum inhæret viſceribus, & ſummas corporis inſtar plūbi cōmaculat partes, triſtitia veſcitur ſterilitatem inducit, rixarū ſemina ſpargit, inuidiæ morem gerit mancipatur confuſioni, & officiorum pietatis eſt abolitor: ſecundum miſericordiæ genus eſt, iuſtitiam, rectumque cuſtodit, & ſeruat, pacis delicias quærit vultus & ingenij ſeueritate iniquitates irrumpit, deſiderio flagrat, præſtolatur hæreditatem, mandata proponit fidelia, nullumq. fingit in præcepto laborem. Vtrumque ex aeris temperamento componitur, ſed primum ex illò teterrimi Abiſſi conflatur

tur aere ſuperbit, circumdatus vmbris, & lucis radios ignorare lętatur: Secundum verò ex puriore ætheris parte intemeratam ſibi vēdicat portionem, rationis decoratur ornatu, & veritatis excandeſcit incendio. Vtrumque flammeſcit, vtrumque cōdenſatur, & fulminat. ortum habuit illud, cùm Lucifer Altiſſimi ſedem imaginatus aſpirabat imperio: hoc coram apparuit, cum inter mulierē, & anguem inimicitias poſuit Deus in illo principium eſt deteſtabile: in iſto ſanctum. corruptionis eſt vitijs inhiare: perfectionis diuidi à malo. Ariſt. poſt amoris doctrinam in lib. 2. Rhet. cap.4. de hoc ſic Περὶ δὲ ἔχθρας, καὶ τῦ μισεῖν φανερὸν ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων δεῖ θεωρεῖν.

De inimicitia verò, & odio conſtat ex contrarijs contemplàndum eſſe.

Cauſæ odij ſunt illæ, quæ ab amore ſunt alienæ, iniuriæ, contemptus, læſiones, offenſæ tam recentes, quam veteres, indignationes, ſuſpiciones, diuerſitas fidei, nationis, & genij, fraudes, deceptiones, inimicitiæ, immiſſio falcis in alterius meſſem, aut bonorum alterius vſurpata poſſeſſio.

Virg.

Virg. in lib. 1. Aeneid.

Nec dum etiam cauſſæ irarum &c.

Et in 4. Aen. Pro Iupiter ibit.

Hic (ait,) & noſtris &c.

Et in 5.

Ipſe mihi nuper ſibycis &c.

Et in 7.

En perfecta tibi bello &c.

In eod.

Heu ſtirpem inuiſam &c.

Taſſus in can. 4. in oct. 9.

Gli antichi altrui ſoſpetti &c.

Et in can. 8. in oct. 73.

Mà l'antiche cagioni &c.

In cant. 14. in oct. 51.

Ah vero vnqua non ſia &c.

In can. 16. in oct. 44.

Se m'odij, e in ciò diletto &c.

In eod. can. in oct. 62.

Poich'ella in ſe tornò &c.

Signa odij ſunt: quatere caput, oculos voluere liuidos, præ dolore, aut præ furore mordere manus, & labia, derelinquere, fugere.

Virg. in 7.

Tum quaſſans caput &c.

Taſſus in cant. 4. in oct. 1.

Il gran nemico &c.

In can. 14. in oct. 51.

Poi-

Poiche la maga &c.

In can. 16. in oct. 57.

S'offre per mio, mi fugge &c.

Effectus odij ſunt: rei inuiſæ damnare memoriam, generis exoſi veſtes intueri non poſſe, nec nomen, nec voces audire velle, perturbari, dolere, ſuſpiria emittere, expers quietis videri, minas iactare, edere queſtus, iniquam meditari ſententiam, execrari, incendi, furere, vltorem optare; à concordia, & à pace abhorrere, exprobrare comitatem, & beneficia.

Virg. in lib. 4. Aen.

Nec tibi Diua parens &c.

In eod. lib.

Tum vos, ò Tyrij ſtirpem &c.

Et in 12.

Pro Latio obteſtor &c.

Taſſus in can. 2. in oct. 11.

Mà poich'il crudo Rè &c.

Et in can. 4. in oct. 1.

E qual tauro ferito &c.

In can. 7. in oct. 50.

Le molli piume di calcar &c.

In can. 8. in oct. 73.

Chiamano il popol Franco &c.

In can. 13. in oct. 66.

Che

Che più ſpera Goffredo? &c.

In can.14. in oct 52.

Se gli altri ſciolſe &c.

In cant.16. in oct.56.

Né te Sofia produſſe &c.

Proprietates odij ſunt: cuiuſcumque rationis obliuia potare, reſpectũ admittere nullum, radices maleuolentiæ imis cordibus ſeniorum mandare, euertere domos, inſidias tendere, nec pietati, nec tempori, nec ſuperiorum imperio cedere.

Virg.in lib.5.

Iunonis grauis ira &c.

Et in 7.

Atque odijs verſare domos &c.

In 10. ---- Scio acerba meorum circumſtare odia &c.

In 11.

Tum ſenior, ſemperq. odijs &c.

Taſſus in can.2.in oct.11.

Ogni riſpetto oblìa &c.

Inſtrumenta odij ſunt: verba, læſionum memoria, deſcriptiones iniuriarum.

Virg.in lib.2. Aen.

---- verbis odia aſperā moui.

Taſſus in can.8. in oct.63.

Dunque vn popolo barbaro &c.

Reddi-

Reddimur immunes ab odio, cùm dicimus egiſſe aliquid, vt obligationi, & æquo reſponderemus, vt maioribus, aut cæleſti oraculo obſequeremur: cum obteſtādo affirmamus remotam ab iniquitate fouere mētem, ferociq. conſilio reſiſtere fortunam, & vires.

Virg. in lib. 1. Aeneid.

Troes te miſeri, ventis &c.

In 4. Aen.

Pro re pauca loquar &c.

Et in 6.

Funeris, heu, tibi cauſa fui &c.

In 11.

Nec veni, niſi fata locum &c.

Taſſus in cant. 16. in oct. 52.

---- Armida aſſai mi peſa &c.

In eod. cant. in oct. 1.

---- Signore, à vendicarmi &c.

Eoſdem, quibus ſuperius vſi ſumus ad excitandum amorem, eloquentiæ colores ad odium prouocandum apponimus: cùm naturæ ſit conſonum, quo quicquid ligatum eſt eodem pacto diſſolui. differat tantùmodò ſtylus, qui ſemper verbis voluntatis aſſeuerantiam proferēdo ſeueritatem, & acrimoniam ſonet, Quantumuis

Digitized by Google

aeream nactum ſit odium qualitatẽ, adhuc terrææ particeps eſt naturæ: cui frigiditas impartitur propoſitum tenax, & ſiccitas aliquid violentiæ confert. Sit pro exemplo ſequens oratio, qua animam Chriſti fidelem ad malitiam odio proſequendam hortamur.

Viuis adhuc lenocinijs illecta malorum, & tantummodo vana contẽplaris, reponis poſt terga leges, & obliuioni das religionis officia? Hoc ſœdus, quod pepigiſti cum Deo, quãdo in fonte ſalutis renata es? Hæc gratia veniæ, quando errabunda perieras? Aegrè tibi non eſt exploratæ quietis feciſſe iacturã? Voluptas, quæ peccati ſequelam habet, ſemper emitur lachrymis. Tam durum modò nõ ſentires ergaſtulum corporis, niſi cecidiſſes in culpam: ſenſibus tam contumacibus mãcipata non eſſes, niſi veritatis reſpuiſſes ardorẽ. Pœnas per omnes te trahit iniquitas, & iniquitatis inſidias æqui, boniquc conſulis? Pulcherrimam illam intellectus, & voluntatis, quam reliquit in manibus hominum Deus, facultatem inconſultè, peſſundas. Ex tuis nobilibus

bilibus operationibus quarta tibi ſupereſt ſolum : cares diuina, & numinis aut receſſit character, aut latet : intellectuali non frueris, & cum Angelicis mentibus communionem nõ habes : diſtas à rationali, & tenebris errorum, & cæcitate confundis omnia : ſenſualis dũtaxat in te qualitas viget, ſed deprauata, & corrupta, non vt inferioribus domineris, ſed vt illorum dominio captiua ſubiaceas. Numerus rationis ab anima diſſidet, non micat figura perfectionis in corpore, nullus eſt concentus in ſenſibus. Sæpius ab Angelo tutelari tuis operibus reclamatum eſt. malè tibi habent principia, ſpei tuæ fundamenta malè ſunt iacta. Veritatis non meditaris obiectum, & Dei deformas imaginem. Deo non vis haberi delicijs, ſi vaſa iniquitatis, & iræ hoſpitaris in animo. Audebis inſuper Deum inuocare Dominum, ſi timor abeſt? Appellare Patrem, ſi nullus eſt amor? Falleris: tamquam nubes radijs ſolis intereſſe non poteris: tenebræ lucem non capiunt: Virtuti non datur ingreſſus, vbi in ſolio ſedet malitia. Rerum omnium deſtru-

deſtructio malum eſt. Procreatio bonum: malum eſt multiplex, bonũ eſt vnum. A multiplicitate confuſio, ab vnitate demanat amor. Non peruenit ad hoc vnũ, qui non reſpuit multitudinem. Hoc vnum eſt inſtar omnium multiplex illud inſtar nullius. Ergo hoc vnum amplectere, omnem ſubſtãtiam vende, & margaritã vnam hanc eme: huic vni gemmæ cuncta poſtpone? O quanta hoc vno in lapide virtus eſt Execrare omnia, quę lapidis huius virtutem non ſpirant? Margarita hæc vna Chriſtus eſt: *lapis hic vnus eſt nomen Domini.* Cui præſidet Chriſtus in pectore, theſauri non deſũnt: cui nomen Domini firmat ſpem, mundi fortuna metum nõ affert. Chriſti poſseſſione, diuini memoria nominis pereant faſtus, abſcedant illecebræ, procul ſint voluptates, occidat denique cum nomine terrenorum quorumcumque cupiditas.

DE

DE
LÆTITIA.

SI conſideramus lætitiam reſpectu vniuerſi, hauſit illa principium, vbi primum enituit lux, tenebrarum receſſit obſcuritas, in mundo ſurrexit dies, & elementorum patuerunt arcana. Si verò perpendimus illam reſpectu hominis eſt partus facultatis concupiſcibilis, iucunditatis prægerens nomen ex adeptione optati, vel boni. Geſtit enim elata mens, cum certa rapitur ſpe: exprimit cor exultationis affectus, vbi abſque vlla dubitatione votorũ apparet vbertas. Ex ſanguinis temperamẽto deſumit originem, formatur in ſpleme, & ſpiritus per totum corpus diffundendo dilatat. Aeris redolet qualitatem, & ideo quid triſtitiæ frequẽter illi miſceri ſolet, ne aerem imitata parentem leuiori, & repentino vaneſcat motu. Tali pacto floreſcũt in hortis roſæ ſpinis coniunctæ, & palmis, & lauro ſpectamus cupreſſos frondere conterminas. Nulla vnquam

quã poteſt eſſe ſincera voluptas, ſollicitum ſemper aliquid lętis interuenit, ab omni parte beatum nil eſt. Maiora hominum gaudia deſinunt in animi languore, in defectione ſpirituum. Neceſſe eſt quicquid ad ſua reuerti primordia, idcirco ſæpenumero lachrymæ repetuntur in vita, quandoquidem vita inchoauit à lachrymis, ſæpenumero cogimur organa noſtra ſuſpendere in ſalicibus: Hilaritatis conſanguinea triſtitia eſt, vix oritur altera, quin alterius deploretur oc aſus: finis vnius initium eſt alterius ob materiam tenuem, ex qua conſtat, cælari non poteſt, exhilarat faciem, & pingit iucunditatem in oculis: præcipiti permeat gradu, ipſiuſque curſus fluminum curſu velocior eſt, & propterea difficulter differtur, moraſque nequit admittere. Omnes tendunt ad gaudiũ, omneſque inerrãtem gaudij viam ignorant. Illa inter honores, inter libidines, inter ludos, inter conuiuia nõ moratur. Vbi nihil eſt certi, nulla permanet quies: vbi fauſtitas exigitur à rota fortunæ, cuncta voluuntur ad lapſum. Quæ Deo duntaxat ni-

xa

xa lætitia eſt, nõ arguitur vanitatis: niſi lapis, qui Chriſtus eſt, dirigat noſtrum iter, ambulamus in vmbra mortis. Scimus in pectore tantum Iuſti imperturbatæ iucunditatis amplitudinem perennare. incorruptam ſibi vendicat rectitudo in ipſa temporum varietate conſtantiam. Lætũ in animo ſedere nil valet, quando animus rationis numeris non reſpõdet. Gaudia malorum ſunt inſtar puncti.

Ariſt. Rhet. lib. 1. cap. 11. ὑποκείσθω δ' ἡμῖν εἶναι τὴν ἡδονὴν, κίνησίν τινα τῆς ψυχῆς, καὶ κατάστασιν ἀθρόαν, καὶ αἰσθητὴν εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν.

Cauſæ gaudij ſunt: potiri ſpe, frui optatis, ſuperaſſe labores, cælum experiri propitium, ſede ſedere regali, imponere leges, Heroum cœtui dominari, & gentium frænare ſuperbiã, egregijs impẽdiſſe tempus operibus, famam ſideribus terminare. nobilitas, iuuentus, ſalus, ingenium, pulchritudo, honores, laudes, diuitiæ, munera, auxilia, aura popularis, peractorum memoria temporum, recordatio veterum amicorum, pax, fœdus attingere tecta ſodalium, cognatos,

gnatos, & parentes inuiſere, exitijs poſuiſse modum, varietas rerum, illarumque cognitio, aſpicere læta loca, futuri temporis addiſcere fata, guſtare operando dulcedinem, amabilium perſonarum vti cõſuetudine, fulgere precinctus armis, vlciſci iniurias, aduertere propioris victoriæ ſigna, hoſtes euertere, inuidiam conculcare:

Virg. in Eclog. 7.

Omnia nunc rident &c.

In 1. Georg.

Neſcio qua præter ſolitum &c.

In 1. Aen.

O Regina nouam &c.

In 2. Aen.

Et tandem læti ſociorum &c.

In 3. Aen.

Viuite felices, quibus &c.

Ibid. Iamque rubeſcebat ſtellis &c.

In 5. Gaudet regno &c.

In 6. Nunc quoq. iam nimium gaudens &c.

Ibidem. Veniſti tandem &c.

In 7. Diditur hic ſubitò &c.

Ibid. Ab Ioue principium &c.

Ibid. Auxilio lætos &c.

Ibid. Hæc nos ſuprema manebant

Exi-

Exitijs poſitura modum.
In 8. Senſit læta dolis &c.
Ibid. Ille Deæ donis &c.
Ibid. --Vt te fortiſſime Teucrũ &c.
Ibid. --- Capiturq. locis. & ſingula lætus &c.
Ibid. ----Vulcani dona parentis miratur &c.
In 9. Iri decus cœli &c.
Ibidem circa finem.
Et lætum ſocijs &c.
In 10. Et placidum læti componite fœdus.
Ibid. Tarquitus exultans &c,
Ibib. Exultatque animis &c.
In 11. At medias inter cædes &c.
In 12. Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Taſſus in 2. cant. in oct. 62.
O degno Sol, cui &c.
In cant. 3. in oct. 3.
Ecco apparir Gieruſalem &c.
In cant. 4. in oct. 33.
Lodata paſſa &c.
In cant. 5. in oct. 13.
E parte di ſentire &c.
In eo. cant. in oct. 10.
Tè la cui nobiltà &c.
In cant. 12. in oct. 58.

Vede Tancredi &c.

In cant. 17. in oct. 95.

Così parlaua il Veglio &c.

In cant. 18. in oct. 30.

Queſta ſelua, che dianzi &c.

Ibid. in oct. 39.

Già vinto è de la ſelua &c.

In cant. 19. in oct. 51.

Dicena à i ſuoi lietiſſimo &c.

In cant. 20. in oct. 7.

Nuouo fauor del Cielo &c.

Signa lætitiæ ſunt plaudere, ſtrepitum facere, fremere, & iactare voces ad aſtra, flere prægaudio, læto procedere aſpectu, veſteſque pulcras, & ſumptuoſas induere, voluptatiſque qua cor abundat, oculos præferre refertos.

Virg' in 1. Aen.

Fit ſtrepitus tectis &c.

In 6. Sic memorans, largo fletu &c.

In 8. Lætitia, ludiſque viæ &c.

In 9. —— Teucri clamore ſequuntur lætitiaque fremunt &c.

Taſſus in cant. 4. in oct. 84.

Serenò all'hora &c.

In cant. 5. in oct. 74.

O come il volto han lieto &c.

Effectus Lætitiæ ſunt; adornare con-

conuiuia, coronare crateras, fouere in corde feſtiuitatem, præcipitare moras opera omnia lætanter rumpere, & armis horrendum agere, obſtupeſcere, & cupiditatis ardore flagrare, verba admirationis efferre, ludere dictis, & motibus, canere, & choreas ducere.

Virg. in 1. Georg.

Quam Cereri torta &c.

In . Georg.

Verſibus incomptis ludunt &c.

In 1. Aen.

Obſtupuit ſimul ipſe &c.

Ibid.-- quæ te tam læta tulerunt &c.

In 3. Aen. miſtoque ingens exorta tumultu lætitia &c.

In 5. Hic patris Aeneæ ſuſpēſam &c.

In 6. Pars in gramineis exercet &c.

In 7. Crateras læti ſtatuunt &c.

In 12. At p.ter Aeneas audito &c.

Taſſus in cant. 18. in oct. 28.

E incominciar coſtor danze &c.

Proprietates Lætitiæ ſunt: ærumnas obliuiſci tranſactas, & tædia, geſtire, ſuperbire, & nimiũ ſibi tribuere cum efieri riſibus, & cachinnis, corripi morũ laſciuia, & ignorare moderamen affectuum.

Virg. in lib. 4. Aen. Tu nunc Carthaginis altæ fundamenta &c.

In 6. Per Graium populos.

Medieque per Elidis vrbem Ibat ouans &c.

In 10. Quo nunc Turnus ouat &c.

Taſſus in can. 3. in oct. 3.

Così di nauiganti audace &c.

In cant. 12. in oct. 58.

Ne gode, e ſuperbiſce &c.

In cant. 19. in oct. 56.

Che ne la ſorte proſpera &c.

Inſtrumenta Lætitiæ ſunt: ſenſus tam externi quam interni, & ipſemet intellectus. Per exteriores enim ſenſus cognoſcimus corporalia, per interiores vltra corporalia, ſimilitudines corporum, & tandem per intellectum abſtracta, quæ nec corpora ſunt, nec illis ſimilia veſtigamus, & horũ in locis ſupra citatis exempla pateſcunt.

Duplicis ſtyli, ornati, & venuſti ſplendore lætitiæ affectus aſſurgit compoſitus: nullatenus poteſt ab emphaſi, & euidentia ſeparari, quin languescentis naturæ ſortiatur iniuriam. Tropis frequẽtioribus gaudet, inter verborum verſatur colores, & ex figuris

guris ſententiarum Enumerationem, interrogationem, contentionem, ſeù contrapoſitum, differẽtiam diſtributionem, & diminutionem ſibi decenter adiudicat. ſequẽti oratione mortales omnes ad lætitiam excitamus.

Plura ſunt nobis, Mortales, argumenta Lætitie. cœleſti veſcimur nectare, Deum geſtamus in corpore, habemùs idem cum ſapientia domicilium, nomina noſtra radiant in cœlo deſcripta. Noſtra refert vbique relinquere ſigna lætitiæ: portio noſtra cùm ſuperis eſt: ſors noſtra angulari collocatur in lapide. Sumimus é laboribus noſtris quietem, è ſeminibus lachrimarum exultationis colligimus meſſem, manna illud abſconditum reuelatur, & patet. Aſcẽdamus in altum, caſuumque non metuentes pericula, annos meditemur æternos. Dilatemus prægaudio phylacteria, menteſque non occupet vanitas, nomen Domini ſeruetur in cordibus. Suſurrẽt aduerſus nos, & cogitent mala diuini nominis hoſtes. Irruant in nos tenebræ, & caliginem iaculentur errorũ: ſemper erit nobiſcum Deus, noſtris oculis iugitèr emi-

cabit iuſtitiæ Sol ſi catenis exutus per Orbem crudeliter furor debacchetur armorum, nobis tutamen eſt fides. Agitent efferatas elementa viciſſitudines, contremat tellus, tumeſcat fluctibus mare, aer diſſoluatur in ignes; ab aduerſis fatorum caſibus munimen eſt innocentia. quorum pectora morum tranquillitate fruũtur, exterioris ſæculi nubila rident. E monte ſublimi, qui Chriſtus eſt, fulmina, & tempeſtates ſub pedibus fruſtra frementes deſpiciunt. O nos beatos! diuinę naturæ conſortes effecti ſumus, inter Olympi ciues enumeramur, & noſtrum vnumquemq; regni manet hæreditas. Edamus igitur, & bibamus. pane illo expleamur, cuius ſatietate diuinus character illuceet ſplendidior. Vino illo lymphemur, cuius ebrietas germinat virgines. Plaudamus, ducamus choreas, & hymnos organa noſtra reſonent gaudij. Audire quam diù ſperauimus, audita vox Turturis eſt. Coronemus nos roſis, receſſit hyems, imber abijt, in terra noſtra explicuit comas flos campi. Procul timores, procul anguſtiæ, procul miſe-

riæ

riæ. Deteſtus eſt modo theſaurus; haurimus è petra mel, Saluatoris inuentus eſt fons. Lætemur, bibamus, edamus, ſed humiles, puri, innocentes. Propè theſaurum ſemper latere arbitremur abiſſos: reminiſcamur ſæpe conuiuis mortem locutos eſſe parietes: inter calices aduertamus aſſiduè memoriā ſanguinis, & vino madeamus compuntionis.

DE TRISTITIA.

DOlor ſeù triſtitia ex melancholici humoris exceſſu progignitur. Hic humor, ſi frigida qualitate præcellens, denſus, & fæculentus plumbi colorem refert, eſt diaboli balneum: ſi frigori, & ſiccitati conueniēs, & calore ſanguinis deſecatus colorem explicat candeſcētem, ſedes eſt ſapientiæ. Horribilis ille rapitur impetu, deliramenta, rigiditatem, pertinaciam, deſperationemque producit: eiulat, ingemit, conqueritur, lamentatur. ora percutit palmis, & frontis nil habet: furore veſtes abſcindit, & violat veritatem · ferit ſidera planctibus, & aberrat à fide: im-

plet vlulatibus domũ, & mẽtis compos non eſt. tranquillus iſte conſilio ducitur; arcanæ contemplationis eſt author, grauitatem iudicij, propoſitum ſtabile, & eleuatam ad altiora largitur mentem: æſtuat, furit coruſcat, effulget: litterarum non expers, eruditione præcellit: diſciplinarum genere clarus camenis inuigilat. deſiderium concipit multiplex, & elementa frenare pręſentit: quiddã ad res omnes appoſitum habet, & ſpes longas inchoare non timet. ille ſuorum memor nataliũ ſerpit humi; & præſentia mali triſtitiam fœtat, animumque ægritudine cruciat: inter illecebras euagatur, artes faſtidit, execratur virtutes, naturæ documenta profligat: improbus, petulans, mordet, & clandeſtino triumphat morſu: criminatur, & mentitum oſtẽtat zelum: contumelijs paſcitur. hominum facta rimatur, & atro dente ſancta nomina rodit: ſegni fatiſcit otio, & veneno illinit laudabilia. Iſte ſublimè volans animo imperturbato ſpectat excidia, ærumnarumque caſu non flectitur: felix, beatus, ſeipſo cõtentus meditatur æternitatẽ, & gloriæ

riæ pabulo veſcitur: ſtudet integritati, & deſpicatur humana: membrorum tranſgreditur vincula, per cœli nubes ſe fundit, & tractus pererrat immenſos: magnificos molitur triumphos, & nihil humile, nihil vulgare nihil anguſtum expectat. Vterque verſatur in fletu: ille proprijs laborat incommodis: iſte aliorum deplorat piacula: ille, dolorem cum concipit, ſæpenumero parit iniquitatem: iſte cum ſerit in lachrymis, appropinquantis meſſis exultat amore.

Ariſt. in libr. Problemat. ſect. 30.
ἡ μελαγχολικὴ, κράσις ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς νόσοις ἀνωμάλοις ποιεῖ, οὕτω καὶ αὐτὴ ἀνώμαλός ἐστιν. ὅτε μὲν γὰρ ψυχρά ἐστιν, ὥσπερ ὕδωρ. ὦτε δὲ, θερμή.

Cauſæ triſtitiæ ſunt: infortunia, calamitates, excidia, ſtrages ante oculos ponere, nullam ſupereſſe ſpem; gloriam, dominium, & famam amittere, varijs agitari fortunæ caſibus, & neſcire quò fata ferant, vbi tãdem requieſcere liceat, laborum, euentuũque infauſtorum narratio, derelinquit, prodi patriam, notaſque regiones coactè deſerere, filios, & parentes iterum viſere locum non dari, ſu-

pra aliorum opinionem accidiſſe iacturam; illorum, quos amamus, absẽtia. paucarum virium eſſe, & inimicorum potentijs æquari non poſſe, deterreri à tẽpore aduerſo, & à fortuna reflante; eſſe ſcelerum conſcius, cauſam alteri intuliſſe vel detrimẽti, vel mortis, mæſta funeris pompa, luctus communis deſcriptio, & præ luctu elementa mœrere, brutoſque rationis expertes congemere, & lachrymari.

Virg. in 2. Aen.

Venit ſumma dies, & ineluctabile &c.

Ibid. Vrbs antiqua ruit &c.

Ibid. Nec mihi iam patriam &c.

In 3. Aen.

Poſtquam Res Aſiæ &c.

In 4. Aen. cui me moribundam deſeris hoſpes &c.

In 7. Frangimur heù fatis &c.

In 10. Tanta ne me tenuit viuẽdi &c.

Ib. O dolor, atq. decus magnum &c.

Ibid. Sternitur infelix &c.

In 11. Te ne (inquit) miſerandè &c.

Ibid. Poſt bellator equus &c.

In 12. Diſce tuum, ne me incuſes &c.

Ibidem. Accidit hæc feſſis etiã &c.

Taſſus

Taſſus in 2. cant. in oct. 33.
Quãdo il fãciullo in doloroſi &c.
In 4. cant. in oct. 50.
Speſſo l'ombra materna &c.
In 7. can. in oct. 48.
E frà ſe dice in tacite &c.
In cant. 8. in oct. 24.
Cade il garzone inuitto &c.
In 10. cant. in oct. 70.
Hor che faremo noi? dee quella &c.
In cant. 9. in oct. 35.
Il Padre(ah non più padre;ah &c.
Ibid. in oct. 93.
L'horror, la crudeltà la tema &c.
In cant. 10. in oct. 25.
Che ſpettacolo fu &c.
In cant. 19. in oct. 40.
Ohimè (riſponde) ohime &c.

Signa triſtitiæ ſunt: lachrymæ, ſuſpiria, oculorum obſcuritas, & turbatio, vultus pallore ſuffuſus, frons humilis, vox ſummiſſa, caput immundo puluere deformatum, facies dolore contuſa, flebili clamore replere domum, comas abſcindere, pectus percutere, & membra, & genas fœdare pugnis, & vnguibus.

Virg. in 4. lib. Aen.

Terq., quaterq. manu pectus &c.
In 10 Canitiē immūdo deformat &c.
In 11. Ducitur infelix æuo &c.
In 12. --- cum lachrymas oculis Iu-
turna profudit &c.
In eo. lib. Quam cladem miſeræ poſt-
quam accepere &c.
Ibid. At procul vt Diræ ſtridorē &c.
Taſſus in cant. 1. in oct 49.
Così vien ſoſpiroſo, e così &c.
In cant. 3. in oct. 6.
Sommeſſi accenti, e tacite &c.
Ibid. in oct 18.
Che gli occhi pregni vn bel &c.
In cant. 12 in oct. 101.
mà tutti gli occhi Arſete &c.

Effectus triſtitiæ ſunt: deiectio animi, membrorum debilitas, nutare, obrigeſcere, deficere, vitali calore deſtitui, palleſcere, frigere, obmuteſcere, motuq. priuari, exclamare, deſperare præſidium, & ſalutem, mortem optare ſolitudines petere, ſecū cogitationibus loqui, oculos fletu ſtagnantes deflectere ad terram, velle homines, lucēq. relinquere, ſepire ſe tectis, rerumque deponere moderamen, liberū ſui ipſius cōcedere dolori dominium, in incerto verſari, vario fluctua-

fluctuare curarũ eſtu, ãcipites agitare in animo vices, obliuiſci periculorum, nec auxilia, nec promiſſa nec ſpem operiri, varijs actionibus queri, cũctaſque actiones rigare lachrymis, querelaſque aliquando ſingultibus interrumpere. alio, niſi ſuorum malorũ cibo, non veſci, ſuarumque lachrymarum vndas tantum ſitire, ęgrè ſenſu oculorum vti, & cupere cæcitatem, defunctorũque inuidere quieti. Virg. in 2. Aen.

Heù quæ nunc tellus (inquit) &c.

In 4. Aen. Audijt exanimis &c.

In 5. At pater Aenęas caſu concuſſus &c.

In 7. Nam mihi parta quies &c.

In 9. Interea pauidam volitans pẽnata per vrbem fama ruit &c.

In 10. -- Heu nunc miſero mihi demum exilium infelix &c.

In 11. Non hæc, ò Palla, dederas promiſſa parenti &c.

In 12. Non pugnam aſpicere hãc &c.

Paulò inferiùs -- Sic exhortata relinquit incertam &c.

Ibid. Heu quid agat? vario &c.

Ibid. Quid nunc te tua, Turne, poteſt germana iuuare? &c.

Taſsus

Taſsus in cant.7. in oct.4.
Cibo non prende già &c.
In cant.12. in oct.26.
Piangendo à mè riſpoſe &c.
In cant.eod.in oct.70.
Come l'alma gentile &c.
Ibidem in oct.77.
Io viuo? io ſpiro ancora? &c.
Ibid. in oct. 82. O viſo, che puoi far la morte dolce &c.
Ibid. in oct.90.
Lei nel partir, lei nel tornar &c.
Ibid. in oct.96.
Pallido, freddo, muto &c.
In cant.13.in oct.50.
----- e'l Capitano ondeggia
In gran tempeſta &c.
In cant.19. in oct.67.
Cercando troua in ſede &c.
Ibid.in oct.105.
Viſta la faccia ſcolorita &c.
In cant.20.in oct.127.
Già compoſtaſi in atto atroce &c.
Ibid. in oct.128.
Si volſe Armida, e'l rimirò &c.

Proprietates triſtitiæ ſunt: lamẽtis, & lachrymis inhærere, pœnitere facti, difficulter loqui, voceſque dolore intercludi, colore mortis te-

gere

gere corpus, & infringere ſenſus. Iachrymas retinere, & dolorem diſſimulare non poſſe, ſine motu remanere, & ſuſpiria fundere, prægrauari ſuſpicione, conſulere mentē, & oculos, omnia redolere mæſtitiā; quidquid antea gaudium præferebat, repente ſpirare luctum. proprium cōquerentium eſt, querelas attollere, cum auditorem agnoſcunt.

Virg. In lib.4.Acn.

Nam quid diſſimulo &c.

Ibid. Hoc illud germana fuit &c.

In 11. Vt verò Aeneas foribus &c.

Ibid. Contra turba Phrygum &c.

Taſsus in cant.3. in oct.18.

A quella in vece di &c.

Ibid. in oct.69.

Quando Goffredo entrò &c.

In cant.8. in oct.56.

Rimaſe graue, e ſoſpirò &c.

In cant.12.in oct.70.E chiuſa in breue ſede la vita ēpia di morte &c.

In cant.16. in oct.35.

Soſpettò prima, e si &c.

In cant.20.in oct.52.

L'arme, che già si liete &c.

Inſtrumenta triſtitiæ ſunt: viſus, cogitatio lachrymæ, ſuſpiria, gemitus,

tus, verba lugubria, exclamationes, & doloris, & luctus quilibet apparatus.

Virg. in lib.4. Aen.

----- atque illam media inter talia
ferro &c.

In 9. Stant mœſti &c.

Ibid. Hoc fletu concuſſi animi &c.

In 10. Agnouit longè gemitum &c.

In 12. Attulit hunc illi cœcis &c.

Taſſus in cant.8. in oct.48.

E queſti di ſciagura aſpra &c.

In cant.12. in oct. 70.

Come l'alma gentile &c.

Aufertur, aut minuitur triſtitia; conſolatione, hortatu, efficacia rationum, ſuauitate verborum, animũ æquè dolentem ſignificando, inſinuãdo futuri ſpem. Reprimitur inſuper fortitudine mentis, aſserendo ad heroes pertinere affectibus dominari, breuem eſse vitæ curſum, ſed gloriæ ſempiternum. Solamen aliquod eſt à fortioribus vinci, turpibus carere vulneribus, nulla infamiæ nota commaculari; in cœlo renaſci, cum moriatur in mundo, exui vita mortali, & laudum indelebilia reliquiſſe veſtigia.

Virg.

Digitized by Google

Virg. in 4. Aen.

Haud ſecus aſſiduis hinc &c.

In 10. Stat ſua cuique dies &c.

Ibid. Quid tibi nunc, miſerande &c.

In 11. --- At non Euandre pudendis
vulneribus paſſum aſpicies &c.

Taſſus in cant. 3. in oct. 69

Mà con volto nè torbido &c.

In cant. 7. in oct 48.

Non riſponde, mà preme &c.

In cant. 12. in oct. 84.

Mà nè graue ammonir &c.

In cant. 18. in oct. 2

Ogni triſta memoria homai &c.

In cant. 20. in oct. 136.

E con modi dolciſſimi &c.

Non abſque difficultate in animis hominum bene valentiũ affectus triſtitiæ prouocatur, cùm ex humoribus minimã in humano corpore melancholicus partem agat. Lætitia faciliter excitabitur, quoniam ex humoribus octo ſanguinis pondera viuenti cuilibet aſſignantur: ſimili, ſed non tãta facilitate ſuadebitur quies, & manſuetudo, cum humorum quatuor põdera pituita obtinuerit. Difficulter commouebitur ira, cùm duo dumtaxat humorum pondera occu-

pet

per cholera: difficillimè ad luctum animus impelletur, cum dolor vna tantummodo inter humores portione fruatur. Idcircò varios oportet adhibere colores, vt in hominũ mẽtibus triſtitiæ ſimulacrũ aſſurgat effictum.

Accedit huc quicquid in graui, & magnifico ſtylo præcipitur. Aliquãdo vehemẽtis ſtyli fines ingreditur, cùm humor hic terreus ſit conterminus choleræ, & illi dupla proportione conueniat. primas in toto opere partes indiuiſim exercent Emphaſis, & energia: illa ſignificat rẽ, reique appoſitis verbis depingit effigiem: iſta præponit actum, enumerat circumſtantias, & efficaciam auget Ex tropis huic affectui penè omnes accomodantur. Ex figuris verborum, & ſententiarum, vt proprias ſibi aſciſcit, Repetitionem, Conuerſionem, Complexionem, Conduplicationem, Congeriem, Diſtributionem, Enumerationem, Incrementũ, Apoſtrophen, Proſopopeiam, Deſcriptionem Exelamationem, Breuitatem, Interpretationem, Dubitationem, Inopinatum, Cõtrapoſitum,

Com-

Compar, Commorationem varietatem, Tranſitum &c.

Formula huius affectus erit ſequens Oratio.

OBſcuratum eſt aurũ, mutatus eſt color optimus, nocti dies concolor eſt, naturæ diſruptus eſt ordo. Quæ virga percutiet cordis mei duriſſimum ſaxum, vt ſoluatur in lachrymas. Quis tanget mei pectoris gelidum montem, vt ſuſpiriorum fumo flammeſcat? Inundent aquæ ſuper caput hoc: cor meum repleatur amaritudine. Vniuerſi cecidit pulchrum: ſpecioſus præ filijs hominum perijt. Pallet mœrore cœlum, timore cõtremit tellus. Tradatur obliuioni lætitia, luctus cantica reſonẽt. Spiritus oris mei Chriſtus Dominus in peccatis meis eſt captus: captus, illuſus, percuſsus, ſuſpenſus, occiſus. Me me noſco tãti facinoris cauſam: me me tantorum malorum appello crimen, & caput. Vidi illum neque ſpeciem, neque decorem habentem, in vultu non erat aſpectus, ſanitas in

carne

Digitized by Google

carne languebat, pax diſtabat ab oſſibus. Vidi illum ſpinis coronatum, non roſis: funibus, non purpura cinctum: caput, & membra cruore contemerata, non vnguentis, nec odoribus illita. Hei mihi qua ſqualebat imagine facies? Quibus torquebatur corpus vulneribus? qui ſuper aquas ferri ſolitus erat, in ſanguine ſiſtitur. Qui cœlo ſtonante Dominus exercituum eſt nuncupatus, plebe tumultuante dicitur Rex dolorum. Hactenus pro me paſſus eſt Deus: & ego parui laboris ſum anxius, tenui cõfectus cura deficio. Ah non ita gemam, plorabo, conquerar, vlulabo, incommodis obuiam ibo. Si parum eſt lachrymarum duos vertere fontes, membra flagris domando, plurimos ſanguinis inueniam latices. militent in me pœnæ, cruciatus, timores, opprobria. Veſcar abſynthio, ſitim extingam felle. Vbi percuſſus eſt Paſtor, ouem impinguari, deliciari non decet. Nulla me tenebit viuendi voluntas, vbi vitæ extinctus eſt author. Cilicio cingar perpetuo, ſi ſeruus per Domini vulnera ſeruor. Immundo puluere deformabo canitiem,

tiem, ſi mortalis morte Numinis viuo. Conſolatorem amiſi, & alium conſolatorem non cupio.

Alia formula ad excitãdum eundem effectum.

PEccaui, & peccatum meum ſtylo ferreo in vngue adamãtino ſcriptum eſt. Rupi iugum, fregi vincula, & dixi, non ſeruiam. Secutus ſum veſtigia vanitatis, & à ſemita veritatis abhorrui: amplexatus ſum vitia, & virtutum hæreditatem reſpui: fontem aquæ viuæ deſerui, & è ciſternis diſſipatis extinguere petij ſitim: faſtidiui mel, nectar, & aquam popoſci turbidam. Vitæ meæ non meditatus ſum paucitatem: ventus eſt vita, & dies velut vmbra prætereunt. Paſcit me ventus & conferor cedro! iugiter polluor, & libellum repudij non timeo! Sum conuerſus in prauum. O quid amari, ô quid infauſti affert abſentia Domini! Perueniat calix doloris ad me, conteratur cor meum in medio mei. Annus viſitationis eſt propè, indignationis immi-

imminet turbo, tempeſtas erumpet. Deficiant præ lachrymis oculi, meus dolor aſſimiletur Oceano. Si vox eſt in lachrymis, ſi ſuas habent ſuſpiria voces, nunquam oculi mei pupilla ſileſcat: è lachrymarum lacu vociferabor ad ſuperos. Artus meos ſemper configet timor, eſum numerabo ſingultibus, æquabo lachrymis potum. Mihi diuitiæ erunt mare contritionis: propugnacula, gemitus: muri, aquæ lachrymarum. Fiet mihi perpetuus dolor, & ſatius erit hic inter lachrymas obrigeſcere, quam alibi inter flam̃as exæſtuare. Semper plorabo: venientes in fletu, in miſericordia reduci iam patet. Imponetur tandem fletui, & lamento periodus, cũ lachrymas auferet Deus, cum Dominus dicet, à ploratu quieſcat vox tua, oculi tui ceſſent à lachrymis. Operi tuo merces apponitur.

DE SPE.

INcerti boni nomen eſt ſpes, ex ignis elemento producitur, acuitatem

tatem præfert in motu, ſemper errat ventorũ alis, & ſurſum intenditer. Finxit illam eſſe Numen Antiquitas, cui terras derelinquere nunquã placuit. Blanda eſt, animoſa, credula, ſitibunda, flecti facilis, falli prona. Eſt cuſtos naturæ, virtutum genitrix, nutrix religionis, iuſtitiæ conſors, nouitatis inuentrix, primogenita facultatis iraſcibilis, ſpiritibus paſcitur, ſuſcitat vires, & inflat: Creſcit à ſe ipſa latenter, ſeipſam omnibus tradit, nihil reſpicit, nulli ſe negat, & incomprehenſibilem retinet vſum, Iactat ſe longam, cùm breuis eſt ætas, animatur moris, & non ſine animi cruciatu moras admittit. Adhuc non vocata vult negotijs intereſſe, à nemine expelli poteſt, ipſa dumtaxat ſe ſe ſenſim eripit, inopinis euentibus ſæpè eluſa conſumitur; & cùm ſemel abierit, non habet regreſſum. Gaudet ſilentio, gloriatur conſtantia: neſcit conqueri, libenter ſuſtinet, nunquam dolet, labores leuat, contrariorũ difficultati non cedit, fortuna titubante nõ cadit, fines tranſgreditur rationis, terminos excedit experientiæ. Aſſequitur inacceſſa,

ceſſa, agnoſcit ignota, comprehendit immēſa, inuadit nouiſſima, ipsā quoque æternitatem ſuo circumcludit in ſinu. Dum cœlum voluit; non confunditur: Inuiſa eſt Chao, & opus bene compoſitum appetit. Declinantibus è rectitudinis ſemita nō apparet: in miſeriam lapſis non fulget. Immortalitate plena eſt, circundatur miſericordia, & metu. Plerumque ſi è deſiderio defluit, fallax eſt, & incerta: ſi è conſilio manat, eſt verax, & firma. Si non nititur fidei, caduca, & fragilis eſt: ſi charitati non copulatur, perfectionis viam non currit.

De hac Ariſt. in lib 2. Rhet. cap. 5: ὥστε μετὰ φαντασίας ἡ ἐλπὶς τῶν σωτιρίων, ὡς ἐγγὺς ὄντων τῶν δὲ φοβερῶν, ἢ μὴ ὄντων, ἢ πόρρω ὤντων. Et in eod. lib. cap 3. ἔστι δὲ μὲν ἐλπὶς τοῦ μέλλοντος, ἡ δὲ μνήμη, τῶν παροιχομένων. Et in lib Probl. ſect. 30. τὸ δὲ θερμὸν τὸ περὶ τὸν τόπον, ᾧ φρονοῦμεν, καὶ ἐλπιζομὲν, ποιεῖ εὐθύμους.

Cauſæ ſpei ſunt: opinio boni quāprimum parādi quibuſcūque ſuperatis obſtaculis, & opinio mali vitādi:

non

non ignorare mala, alios toleraſſe grauiores,& exantlaſse labores. varietas ſortis, funditus non cecidiſſe competitores,& aduerſarios non habere, aut illos debiles, & viriũ non æqualium: regnum, & rationes dominandi, arma, genus,nobilitas,auxilium Numinis,optima animi diſpoſitio, virtus, robur, generoſitas, ſagacitas, pulchritudo, diuitiæ, meritum, dignitas, præſentia Principis, auſpicia fortunata, pericula exigua, incommodum breue, imago patriæ, domus, parentumq. memoria, iniurias à nemine accepiſſe, & nemini intuliſſe, amicos numerare hoſtibus longè præſtantiores, facultats corrigendi errata, certa, & ſecura præſidia, ſequela multorum parium, aut inferiorum exempla, tempus, locus & occaſio.

Virg. in lib. I. Aeneid.

O ſocij, neque enim ignari.

Ibid. *Tantane vos generis &c.*

In 2. Aeneid.

Omnis ſpes Danaum &c.

Ibid. *Sin aliquam expertus &c.*

In 4. Aen.

Aſcanium ſurgentem, & ſpes &c.

In 9. Vrget præſentia Turni &c.
Ib. Troianos hæc mõſtra petũt &c.
Ibid. Locũ inſidijs conſpeximus &c.
In 10. Numina nulla premunt &c.
In 11. Multa dies, variuſq. labor &c.
In 12. Nulla mora in Turno &c.
Taſſus in cant.2. in oct.47.
Nuoua coſa parer dourà &c.
In cant. 4. in oct.41.
Tè chiamo, & in tè ſpero &c.
In cant.5. in oct.91.
O per mille perigli &c.
In cant.6 in oct.8.
Che s'il nemico haurà due &c.
In cant.8. in oct.27.
Confida in quel Signor &c.
In cant.10. in oct.37.
Pur dirò ſia la ſpeme &c.
In can.11. in oct.77.
Et egli alzò tre fiate, &c.
In can.16. in oct.65.
Pur, ſe beltà può nulla &c.
In cant.20. in oct.17.
Quel Capitan, che cinto &c.

Signa ſpei aduertuntur in fronte ſerena, in aſpectu, in verbis, & actionibus.

Virg in lib.4. Aen. Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.

Taſſus

Taſsus in cant.3. in oct.60.

Pur daua à i detti, à l'opre &c.

Effectus ſpei ſunt: ſuſcitare iras, voces attollere, accendi, & feruenter agere, ambulare celeriter, remouere timorem, confidere, ſperare ſalutem, ſolari, ſibique ſuadere ponendum eſſe laboribus modum, honoreſque imaginari, emolumentum, & gloriam, remittere animos præſens credere, & facile, quicquid mẽs cogitatione pertractat, impauidum fortunæ ictibus oſtentare pectus, nulla detineri mora, nulla dubietate turbari, virtutem, & robur ſuppeditare membris, aſſentari, blandiri, pati, audere, victoriam, & palmam ſibi polliceri, verbis, & armis inferre hoſtibus detrimentum.

Virg. in lib. 1. Aen.

Hoc primum in luco &c.

In 4. Aen: Quam tu vrbem ſoror &c.

In 10. ſpes addita ſuſcitat iras.

In 12. Subita ſpe feruidus &c.

Taſs. in can. 2. in oct. 47.

Hor che s'è la tua ſpada &c.

In cant. 6. in oct. 93.

O con quanta fatica &c.

In cant. 7. in oct. 13.

E luſingato da ſperanza &c.

In cant. 10. in oct. 21.

Ciaſcun quaggiù le forze &c.

Ibid. in oct. 38.

Nè parlo io già così &c.

In can. 17. in oct. 82.

Rinaldo ſueglia in &c.

In cant. 20. in oct. 2.

C'hor la giunta ſperanza &c.

Proprietates ſpei ſunt, vultum mutare, augere animum ſecundis rebus, pudorem ſoluere, cuncta æqui, bonique conſulere, cômendare ſe ſuperis. Virg. in lib. 4. Aen.

Spemque dedit dubiæ menti &c.

In 10. Nil ſuper imperio &c.

Taſs. in can. 6. in oct. 87.

Sì potrò ſì: che mi ſarà &c.

Ibid. in oct. 88.

Hor fauoriſca l'innocenti &c.

Inſtrumenta ſpei ſunt: gloria, laus, mora, pulcritudo, promiſſa, officia, honores, obſequia.

Virg. in 4. Aen.

Si te nulla mouet tantarum &c.

Ibid. Indulge hoſpitio cauſaſque &c.

Ibid. Quo ruit? extremum &c.

Taſſ. in cant. 4. in oct. 27.

E in treccia, e in gonna &c.

In

In cant. 20. in oct. 12.
Quindi ſoura vn corſier &c.

Affectus hic, cum ſpiritualis eſt, principium ſibi ab igne, & ab aere vendicat, & vehementi, & venuſto decorandus eſt caractere: cum ineſt corpori, ſuum finem agnoſcit in terra, & in aqua, & quocunque dicendi colore imbuendus.

Aſciſcit ſibi tropos omnes, vniuerſamque verborum, & ſententiarum figuratam familiam, & pro peſpicua, & dilucida expoſitione apponitur ſequens exemplum.

Triſtiſſimus mihi, & lachrymis coniunctiſſimus tempus in omne ſuccedat dies, conſciam hanc mentem ſimulachra calumnientur errorum, pectoris huius præcordia torqueant curarum examina. Hinc doloribus mortis diuexer obſeſſus, hinc inferni periculis excrucier pauefactus. meas in Domini ſinu colloco ſpes, & confuſionis pondere non grauabor, fræno pudoris non erubeſcant. Noſco pauperes obliuioni perpetuæ nũquam tradi, pauperum patientiã poſtremò non perituram: Spero poſt tenebras lucem abibit hyems, propè

Digitized by Google

aderit ver. Areſcent lachrymæ, & cum exultatione colligam meſſem, vocem Turturis audiam, & cytharā non amplius impellam ad luctum. Arundinis baculo non innitor, nulla mihi eſt in obryzo fiducia, fiduciam mihi non texit aranea. Adiutor meus eſt Dominus, cuius nomen contra hoſtium inuaſiones eſt clypeus; cuius vmbra in tenebras noctis eſt radiorum, & luminum diuerſorium. Ille Parenti propemodum naufrago, cum cœlum ruebat in pluuias, in Armeniæ montibus pietate permotus aperuit portum. Ille populum Iſraelis ſuper flumina Babylonis haud fruſtra gemētem per ponti marmora duxit ad ſpecioſa deſerti. Ab illius tabernaculis fiducia deuenit mea, in illius alarum tegmine mihi producitur ſpes. compertum eſt mihi ad æternarum felicitatum ſedes me reſeruari, vbi harum erumnarum numero illarum dotium lōgè maior eſt amplitudo. Diuitiæ non lapſuræ me manent, tantam bene ferre fortunam addiſcam. Interim ſimplicitatis gradu viam fiduciæ curram, & gloriæ gloriabor in Spe.

Digitized by Google

DE

DESPERATIONE.

NAturam Deſperatio ſapit igneā, ſpei fruſtratæ progenies eſt, vix nata ſtultitiæ comes eſt, induit ſtolam inſaniæ, veſcitur luctu, & dolore. ob difficultatem euentus nō tantummodo ſpei priuationē importat, ſed penitus ab optato receſſum. fiducia vacat, credulitatem deponit, & maximas componentis ærumnas tēporis naturale remedium reſpuit. Nullū ſcit expectare bonum, vndiq; tenebras circumſpectat, & de tenebris ad lucem reuerti non credit, inexplicabili occurrit perniciei, & cœlum amplius volui non putat. nequit ſubſiſtere, cum ab idea mentis non ſuſcipit dotem. concipit defectum materiæ, & impetum parit. Multiplex eſt, vnius tamen deſtructionis exitum affert. Solitudinis, & tenebrarum amica ruinam meditatur, & damnum. furori cognata gloriæ non tangitur ſtimulo ignara legum conſilium non admittit: virtutum concentui per duellis furiarum facibus. æ-

ſtuat. Vlulat, mugit, deficit, obrigeſcit. percutit pectus, & artus, dilacerat genus, & crines. Mentis regalis ſedes confunditur, & ſenſus externi, internique rebellant. reuiuiſcit in animo pugna Gigantum, & conuicijs Iupiter petitur. Totum in tumultu feruet animi regnum, & materia corporis in ſuum priſtinũ Chaos redit. Impotens adipiſci voluntas, quod cupit, eo cõtenta eſt, quod eſt nefas. Viam currit confuſionis, & in figmentis quietem inquirit. Iracundiæ copulatur, & in omne ſcelus effunditur. arbitratur obuiam ire ſaluti, cum flocci ſalutem facit. laborat in ventum, & in operibus vacuitatem offendit. Euolat argumento timoris, & alis deſtituta prudentiæ labitur præceps. Deficit ratio rerũ ſemen, & baſis indiga corruit. Ariſt. lib. probl. ſect. 30. varios aſſignat habitui melancholico morbos, inter quos deſperationem adhuc complectitur; vbi ait, *αἴτιον δὲ τοιαύτις δυνάμεως ἡ κρᾶσις, ὅπως ἂν ἔχῃ ψύξεως τε, καὶ θερμότητος. ψυχροτέρα μὰν γὰρ οὖσα τοῦ καιροῦ, δυσθυμίας ποιεῖ ἀλόγους.*

Cauſæ

Cauſę Deſperationis sũt: deeſſe quod petitur, omni carere ſpe, præſidiorum egeſtas, iurium tenuitas, reflantem experiri fortunam, negligi, & flocci fieri, temporum iniuria ſuperari muneri ſuo non ſatisfeciſſe, magnam alijs produxiſſe perniciem, innumerabilium cauſam excitaſſe malorum, nullam eſſe rebus humanis fiduciam, ducis diſceſſus, aut defectus, proditiones, fraudes, euentuum incertus exitus.

Virg. in Eccl. 10.

Ecquis erit modus? inquit &c.

In 2. Aen. Venit ſumma dies &c.

Ibid. Heu, quæ nunc tellus, inquit &c.

In 9. Vt ſtetit, & fruſtra abſentem &c.

In 10. Quò feror? vnde abij? &c.

In 11. Si tam deſerti ſumus &c.

In 12. Infelix pugnæ iuuenem &c.

Ibid. Quid nunc te tua, Turne &c.

Taſſus in can. 4. in oct. 53.

Che poiche legge d'honeſtate &c.

Ibid. in oct. 70.

Miſera, ed à qual'altra &c.

In 70. in oct. 49.

E talhor dice in tacite parole &c.

In 9. in oct. 64.
Fiſſo è nel ciel, ch'al &c.
In 13. in oct. 64.
Che piu ſpera Goffredo? &c.
In can. 19. in oct. 40.
Ohimè (riſponde) ohimè &c.
Ibid. in oct. 106.
In che miſero punto &c.
In can. 20. in oct. 66.
Sì dunque impenetrabile &c.

Signa Deſperationis ſunt: euolare, furore ferri, derelinquere confusè res omnes; ebrij, aut inſani perſonam agere, obrigeſcere, deficere, percutere pectus, crines, & genas dilacerare.

Virg. in lib. 4. Aen.
Terque, quaterq. manu pectus &c.
In 9. — ac ſubitò miſeræ calor oſſa reliquit &c.
In 10. — Quid me erepto ſæuiſſimè nato, &c.
In 12. At procul, vt Diræ ſtridorem &c.
Taſſ. in can. 16. in oct. 38.
Corre, e nõ hà d'honor cùra &c.
In eod. cant. in oct. 55. Ella mentre il Guerrier così le dice &c.
In can. 19. in oct. 105.

Digitized by Google

Al nome di Tancredi ella &c.

Effectus Deſperationis ſunt: infauſtis ſucceſſibus deterreri, irrationabili corripi metu, langueſcere, operari lentè, audacia deſtitui, arbitrio fortunæ ſe tradere, maledicere, conuiciari, non poſſe diſſimulare, neſcire quid loquatur, & vbi ſit; aliquando timidos reddere audaces, aliò voluere cogitationes, & mentem, conqueri, reſpuere munera, & beneficia bonorum deſtructionem expoſcere, & cupere, currere præcipitanter, nec mortem, nec pericula reminiſci velle mori, contemnere honores, obdurato ſpectari corde; mortem ſibi parare.

Virg. in Ecl. 8.

Nunc ſcio quid ſit amor: duris &c.

In lib. 4. Georg.

Mater Cyrene, mater &c.

In 2. Aen.

Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere &c.

In 4. Aen.

Quid loquor, aut vbi ſum? &c.

In 9. Quid faciat? Qua vi iuuenẽ &c.

Ibid. —muros amens, atque agmina curſu prima petit &c.

Ibid. Figite me, ſi qua eſt pietas &c.
In 10. -- animo nunc huc, nunc fluctuat illuc &c.
In 12. Multaque per mœſtum demẽs effata &c.
Ibid. Iam iam linquo acies &c.
Taſſ. in can. 2. in oct. 33.
Queſto dunque è quel laccio &c.
In can. 3. in oct. 27.
Fermoſſi, e lui di pauroſo &c.
In can. 4. in oct. 72.
Non tù Signor, nè tua bontade &c.
Inferiùs in oct. 88.
Se ſcorge alcun, che &c.
In can. 7. in oct. 26.
Geme crucciofo, e contra il &c.
In can. 12. in oct. 84.
Mà nè graue ammonir &c.
In can. 16. in oct. 56.
Nè tè Sofia produſſe &c.
Ibid. in oct. 66.
S'eſser compra à tal prezzo &c.
In can. 20. in oct' 125.
Ah mai non fia, che &c.
Ibid. in oct. 131.
O ſempre, e quando parti &c.
Proprietates Deſperationis ſunt: neſcire quid agat, quó vertat ani-
mum

mum, extrema malorum metuere, geſtorum pœnitentiam excitare, exprobrare benefacta, dolos, & mendacia inquirere.

Virg. in lib. 2. Aen. nec ſpes opis vlla dabatur.

In 4. Aen. Infelix Dido nunc te facta &c.

In 11. Iſque vbi ſe nullo iam curſu &c.

In 12. Nam quid ago? aut quæ &c.

Ibid. Heù quid agat? vario nequicquam fluctuat æſtu &c.

Taſſ in cant. 13. in oct. 64.

E'l buon popol fedel &c.

In can. 16. in oct. 64.

Miſera Armida, allhor doueui &c.

Inſtrumenta Deſperationis ſunt: cognitio difficultatum, quæ ſuperari non poſſint, animaduerſio propriarum debilium virium, ingrati animi ſimulacrum, infidelitatis ſuſpicio.

Virg. in lib. 4. Aen.

Nuſquam tuta fides &c.

Taſſ. in can. 6. in oct. 86.

Mà laſſa, io bramo non poſſibil &c.

Reprimi deſperatio ſolet morte, tempore, aut nouitate felicis euētus.

Virg. in iib. 4. Aen.

Tempus

Tempus inane peto, requiem &c.

In 10. Ter conatus vtramque viam: ter maxima Iuno &c.

Taſſus in can. 4. in oct. 88.

Se ſcorge alcun, che dal ſuo amor &c.

Stylus huic affectui adſcribitur vehemens, tropis omnibus gaudet, excepta Periphraſi figuras illas ſibi aſſumit, quas eidem ſtylo in orationis ornamento tribuimus. Sequenti exẽplo ad deſperationem tenebrarum Rex prouocatur.

Expectaui lucem; & tandem ortũ ſurgentis Auroræ licuit intueri. noctem errorum è pectore, & ex oculis depuli, & his in maxillis lachrimarum enituit ros. Nouo ſpiritu luminis rediuiua mihi refloruit facies: ad lachrymarum odorem iterum mihi viride factum eſt lignum vitæ. Fruſtra iam, tu tenebrarum crudeliſſime Princeps ad arenam, ad laqueos, ad catenas me vocas. In me poſthac nullum habes imperium, mecum poſterum tibi nullæ ſunt partes. Deeſt mihi, quod petis: omni ſpe cares. Exardeſce furoris igne, geminatas eiaculare ſagittas: intra huius pectoris

ris latebras iam non inuenis cor timore Domini cor meum cõfixum ad Dominum tranſiuit in victimam. Potui iam tuæ potentiæ deterreri tyrannide, nunc in me nullà potes inferre perniciem: Excelſi dextera fauente mutatus ſum: ſplendoribus sãctorum emicuit veritas. Cognoſco iurium tuorum tenuitatem, virium tuarum defectum: confunde cuncta, debacchantis perſonam age? tuas machinas nõ formido: tuas inſidias flocci pendo, quicquid moliris, lapide vno, qui Chriſtus eſt, euerto. Mirum in modum laudis meæ te capiẽt tædia. Iam te audio rugientem, & terras incaſſum circumeuntem. Conuiciare, conquerere? dolorem diſſimulare non vales: comparata dolis inſignia depone iactantiæ: Si Leo es, nil amplius in me reperies deuorãdum, & ieiunus Auerni carcerem repetes. Obliuiſcere minas, & nomina feritatis obliuioni committe. Fõtis Saluatoris ebrius aqua mortis venena derideo.

DE DESIDERIO.

DEſiderium eſt appetitus ad appetibile flagrans extenſio: mẽtis immenſos campos remigio pererrat alarum, percipit vniuerſa, vbique locorũ eſt arbiter mundi, nullis circumſcribitur finibus regionum ignescit, & ſitit: concupiſcit, & deficit. Affectum hunc expertus eſt ipſemet Deus, cum ſolitudinis impatiens, ſe ipſo nolens tantummodò contineri, mundi machinam efformauit. Accepit hunc Lucifer, cum ſublimiorem in cœlo ambiens ſedem præceps ad barathrum corruit. Hoc illectus eſt homo, cum ſuæ fælicitatis ignarus, doctioris vitæ luminibus perſuaſus ad ignorantiæ tenebras tranſmigrauit. facultati concupiſcibili ſubiacet, in intellectu concipitur, à voluntate progignitur: aeream ſapit naturam, ab amore pennas mutuatur; & volat. Subſtantia ſpiritualis eſt, & ſubtilis, vndique fluens, alieno termino indiget, & proprio conſiſtere nequit. Eſt naturæ motus perpetuus

ad

ad ſimile, vel conueniens, argumentum eſt defectus, imperfectionis indicium ſemper appetēs ſuum formale principium. Moroſus eſt peruicax, & inconſtans: ſi ratione animatur, tendit ad bonū, & acquirit eundo vires: ſi impetu fertur inordinato, cæcutit, & veluti vapor, curſu in medio deficit. Flagrat, languet, omnium formarum exardet cōcubitus, & nunquam quieſcit. Naturæ imperio ſubiacet primus, & exiguo ſatisfit: opinioni ſecundus inſeruit, & prolabitur in immenſum. Ille oculatus, humanitatis conſcius cupiditatum attingit extrema: iſte cæcus ſuperbiam ſibi vendicat comitem, & deſideriorum metam non noſcit.

Ariſtot. lib. 7. Eudemiorum cap. 2.
ἡ ἐπιθυμία τοῦ ἡδέος ταύτῃ μάντο φιλούμενον τὸ ἡδύ, ὃ γουλόμεθα τὸ ἀγαθον.

Cupiditas ſemper ad iucunda fertur: nam & iucundum, quod volumus bonum, amamus.

Cauſæ deſiderij ſunt: nouitas, admiratio, cupiditas ſciendi, gloria, æquitas, lucrum, præda, vltio, boni ſperati præſentia, ſalus, iuuētus, promiſſa

miſſa, beneuolétia, memoria patriæ, proſapiæ recordatio, facilitas, acquiſitio, occaſio, opportunitas, aduerſariorum virium diminutio, habere operum directorem, & ducem. Significatio rei quæſitæ, facultas iactationum, & poſſe aſſerere, egomet vidi, egomet fui. Honores merere, quantumuis non obtineantur. æmulatio, zelus, domus Dei, patria, & veteres amici.

Virg. in lib. 2. Aen.

Vndique viſendi ſtudio &c.

In 3. Aen. Obſtupui, miroque incenſum pectus amore &c.

In 6. Vincet amor patriæ, laudumque immenſa cupido.

In 8. O mihi præteritos referat ſi Iupiter annos &c.

In 9. Aut pugnam, aut aliquid iamdudũ inuadere magnum Mens &c.

In 10. Quod votis optaſtis, adeſt &c.

In 11. Hunc virgo, ſiue vt Templo præfigeret arma &c.

Taſſus in can. 1. in oct. 10.

Non cupidigia in lui d'oro &c.

In can. 4. in oct. 32.

Come per acqua, ò per criſtallo &c.

In

In can. 5. in oct. 14.
-----i gradi primi più meritar &c.
In can. 7. in oct. 63.
O foſs'io pur sù'l mio vigor &c.
In cant. 8. in oct. 7.
Lo ſpingeua vn deſio d'apprender &c.
In can. 9. in oct. 17.
Vedete là di mille furti &c.
In can. 12. in oct. 33.
Da quella vita errante &c.
In can. 13. in oct. 60.
S'alcun giamai tra frondeggianti &c.
In can. 15. in oct. 38. Se ciò concede, Donna, quell'alta impreſa &c.
In can. 19. in oct. 40.
Deſio di ſuperar &c.
In cant. 20. in oct. 14.
O de nemici di Giesù &c.
In eo. can. in oct. 78.
Stette attonito alquanto &c.
Ibidem in oct. 110.
Che brami di ſaluarti &c.

Signa Deſiderij ſunt: vultu rigeſcere, & inflammari, oculos demonſtrare tementes, aſpectumque variare coloribus.

Virg. in 12. Illum turbat amor, figitque

que in pectore vultus &c.
Taſſus in can. 20. in oct. 61.
Noto à più ſegni egli è &c.
Effectus Deſiderij ſunt: petere rogare, iterum tentare, parui pendere vitam, quieté reſpuere nulla mora detineri, & in operibus preferre velocitatem, agilitas, facilitas, impatientia, ægrè ferre dilationes, ſingulis horis verſare in animo ſua vota, incuſare temporis tarditatem. nec pericula, nec quaſcunque res arduas euitare, de aliorum ſegnitie conqueri, & dolore: internas animi paſſiones cœlo narrare, aſpectu optati conſolari. pro certo habere nullibi, niſi in ſperatis reperiri poſſe lenamen. occaſiones, & opportunitates libentiſſimè amplecti; non deſiſtere ab inceptis; quantumuis inſurgant obſtacula. labores, & incommoda nihil facere; nec pietati, nec cuilibet reſpectui cedere; prodigere proprium ſanguinem, nunquam expleri, & ſitire ſemper honores.
Virg. in Ecl. 2.
O tantum libeat mecum tibi &c.
In 12. Aen. Ille auidus pugnæ &c.
Taſſus in can 1. in oct. 66.

Tutti

Digitized by Google

Tutti d'andar ſon pronti &c.
Ibid. in oct. 71.
Non è sì grato à i caldi &c.
In can. 2. in oct. 97.
Tanta in lor cupidigia &c.
In can. 6. in oct. 86.
Mà laſſa io bramo &c.
In eo. can. in oct. 102.
Ma ella intanto impatiente &c.
In oct. ſequenti.
L'innamorata Donna &c.
Et paulò poſt, in octaua ſuccedente.
O belle à gli occhi miei &c.
In can. 8. in oct. 6.
Eſſer tra quei bramò &c.
Ibid. in oct. 10.
Queſto parlare al giouinetto &c.
In can. 9. in oct.
Prodigo del ſuo ſangue &c.
In 10. in oct. 2.
Come dal chiuſo ouil &c.
In can. 19. oct. 75.
Chiedene improntamente &c.
Ibid. in oct. 99.
Mà poiche quel deſio &c.
In can. 20. in oct. 74.
Ne poſe indugio al ſuo deſir &c.
Ibid. in oct. 21.
Impetuoſo, e rapido &c.
Pro-

Digitized by Google

Proprietates deſiderij ſunt : ſpectari in operibus inſtar cæci , & incauti: inſtabilis , & varius cerni, & rationis fræno ſubdi non poſſe: inter difficultates augeri, oppoſitione non ſiſti , voti quærere complementum . cordi, & pedibus alas tribuere . Virg: in lib.4. Aen.

Vritur infelix Dido &c.

In 11. Venatrix vnum ex omni &c.

Taſſ. in cant.3. in oct.3.

Ali hà ciaſcuno al core &c.

In cant.5.in oct.76.

Mà perch'inſtinto è &c.

In cant.19. in oct.69.

Non laſcia il deſir vago &c.

ibid.in oct.75.

E la difficoltà creſce le voglie .

Inſtrumenta deſiderij ſunt:gloria, laus, exemplum, memoria, aſpectus locorum , aut inſtrumentorum ſpectantium ad veteres vſus, & mores : Virg,in 10.--- aut hodie victor ſpolia illa cruenta &c.

Taſſ.in can,5.in oct.52.

Parte, e porta vn deſio &c.

In cant.7. in oct. 66. E ſproni acuti ſon le parole , onde &c.

In can. 9. in oct,19.

Sù

Sù sù venite: io primo &c.
In cant. 16. in oct. 28.
Qual feroce deſtrier &c.
In cant. 20. in oct. 76.
Mà da l'impeto ſuo &c.
Auertitur Deſiderium eo, quod fieri non poteſt: temeritatis execratione: timore, ſuſpicione, temperãtia, ratione, & conſideratione: tranquillitatis. qua fruimur, cum ſumus ab appetitibus alieni. aufertur etiam alio deſiderio, diminuendo merita boni quæſiti, illud demõſtrando caducum, & parui momenti, exhibendo maiora, & perpetuò duratura.
Virg. in Ecl. 1.
Poſt aliquot, mea regna &c.
In 3. lib. Georg.
Quid labor, aut benefacta &c.
In lib. 2. Aen.
Ecce autem complexa pedes &c.
Taſſus in can. 5. in oct. 65.
Mà contra l'arme di &c.
In can. 6. in oct. 72.
Dunque il titolo tù d'eſſer &c.
In cant. 7. in oct. 10.
Né gli auidi ſoldati à preda &c.
In can 14. in oct 10.
Quanto é vil la cagion &c.
In can. 15. in oct. 40. Tanto

Tanto vi baſti, & aſpirar &c.

Ibid. in oct.67.

E ſe di tal dolcezza entro &c.

In can.19 in oct.99.

Mà poiche quel deſio &c.

Iucundorum naturalis eſt appetitus: principium electionis eſt. Planè nullo labore excitabitur, ſi deſcriptionis, aſſeuerationis, & euidẽtiæ figuris vtemur. Pendet à ſenſu, & coniecturis difficillimè trahitur. Vbi formam deſcripſerimus elegantem, eò ſtatim cupiditas euolat, valde augetur figuræ cõformationis auxilio, & ſi quid expetiatur iucunditatis, euadit inſatiabilis. In concluſione exquirit plerumque ſententiã. Omnes dicendi ſtylos admittit, locũ tamen in eloquio potiorem tribuit vehementi. Ab hoc affectu exulet dubitatio, & quæcumque figura, quæ determinatam non exprimat rẽ, vim non ſpiret, & incrementum non ſonet. Mentis officium eſt plura contingere, appetitus verò in vnum dũtaxat profluere.

Formu-

Formula ſequens adducitur in exemplum.

BEatus vir, cuius ſpes, Domini nomen eſt: vltra quod alio non eſt opus: cuius poteſtas eſt inſtar omnium. Illud amicitiæ nomen eſt, pijs ſuaue, iniquis terribile. e millibus eligendum eſt illud vnum: ab illo demanat protectio, pietas: in illo reſidet conſolatio, quies. tot aſtra cœlo non rutilant, quot in illo fulgent ornamenta virtutum. tot flores prata non germinãt, quot illud augmenta continet gratiarum. ad illius prolationem cœli cardines reſerantur, cœleſtium theſaurorum ærariũ patet, obtemperant elementa, propinquat vita, recedit mors. Illius inuocato præſidio hoſtiũ furor tumulatur in pelago, deſertũ delicijs affluit, in cinere, & ſacco reperitur leuamen, & pax, defluit è forti dulcedo, è petra mel. Vltra illud à propoſito aliena ſunt omnia: Quicquid Domini nomen non ſonat, vanitas, & falſitas eſt. nomẽ illud omni præ-

ferendum eſt nomini, cui quin ſubdatur facultatibus animæ non regitur caput: cui quin flectantur poplites membra non ſuſtinent. Ponentium in illo ſpem, confuſio labores non deuorat: cogitata iactantes in illud, pœnitentiæ nō occupat rubor. Cum dies perditionis eſt prope, & irarum adeſſe tempora properant, mortalium in hoc eſt fiducia. Cùm lectus doloris paratus eſt, & vndique mortis tenduntur inſidiæ, ex hoc pēdet auxilium. Hoc verbum bonum eructa cor meum: huic ſancto nomini da gloriam anima mea: dulcis, & glorioſa memoria illius eſt: memores reddit felices: & tale nomē portantes conſtituit Principes. Nomen tam grande colentibus ſeruantur regna, & coronæ, (huius verbi concētu ſæpius repetito mundatur mens.)

DE FVGA.

FVga eſt declinatio voluntatis ab eo; quod putat malum. Si veſtem induit rationis, & conſilio glomerat paſſus, cautio dicitur, animi robur

robur oſtentat in actibus, virtutem in pectore ſeruat illæſam, contraria fata repēdit proſperioribus fatis, neſcit frangi, & ſupercilium præmonſtrat imperturbabile. Si rationis motu non graditur, & horroris compulſa diſcrimine peruolat, metus denominatur, inanibus creſcit curis, variarum imaginum ſimulachro perterrefacta vagatur, & virium deſtituta potentijs pallet, riget, contremit, obmuteſcit. Aereæ qualitatis eſt prima: naturam ignis ſecunda ſortitur: vtraq; remigio gaudet alarum. Prima ſi conſcia fuerit erroris pœnitentiam parit, & ad lachrymas ſalutares prouocat oculos: ſi labe non eſt notata, aureolis inhiat, & ad coronas euehitur. Ab incunabulis mundi deduxit originem, cum ſeiungi natura à tenebris poſtulabat Abyſſi, inceſſanti agitabatur motu, neque cœlo, neq; terra poterat cohiberi: luci dumtaxat, ad quam aſpirabat, debebat ſiſti. Ideò hæc animi paſſio, ſi veræ lucis rapitur æſtu, in Sole collocat tabernaculum: ſi falſæ lucis oblectatur aſpectu, in turpitudinis diuerſorium corruit.

Ariſtot. lib.6. de moribus cap. 2.
ἐςὶ δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις, καὶ ἀπόφασις, τῦτὶ ἐν ὀρέξει δίωξις, καὶ φυγὴ.

Cauſæ fugæ ſunt: pericula, mors, verecundia, contemptus, inhumanitas, tyrannis, ingrati animi macula, errorum, & culparum deformitas, meditatio iacturæ, iniuriarum nullam vlciſcendi facultatem adeſſe, nō poſse viribus aduerſariorum obſiſtere, & iniquitates, ferociumque ſpectacula indignari.

Virg. in Ecl.3.

Frigidus, ò pueri fugite, hinc, latet &c.

In 3. Georg:---- Sed alter victus abit, longéq. ignotis &c.

In 2. Aen. --- Ipſe arduus, altaq. pulſat ſidera (Dij talē terris auertite peſtem &c.

In 3. Aen. Heù fuge crudeles &c.

In 4. Aen. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat &c.

In 8. --- neque enim fuga iam ſuper vlla pericli eſt.

In 9. --- noſtras ne euadere demens ſperaſti te poſſe manus?

In eod. lib. Sed magnum metuens ſe

poſt

post cratera tegebat.
Ibid. Diffugiunt verſi trepida &c.
In 12. ---- Quid agam? aut que iam ſatis ima dehiſcat terra mihi &c.
Ibid. vnum oro, deſiſte manum &c.
Taſſus in cant.4.in oct.50.
Fuggi, figlia (dicea) morte &c.
Ibid.in oct.81.
Ah non ſia ver per Dio, che &c.
In can.6.in oct.3.
Et inſino à quando ci terrai &c.
Ibid. in oct.4.
Io per mè non vuò già &c.
Ibid. in oct.15.
Ch'vn Caualier, che d'appiattarſi &c.
Ibid.in oct.75.
Sana tu pur'Argante &c.
In cant.7.in oct.43.
Il perfido pagan già non &c.
Ibid.in oct.60.
------- ah ben ſarei di vita indegna &c.
In cant.8.in oct.70.
Hor che faremo noi? dee &c.
Ibid.in oct.79.
Ah non ſia ver, che tanta &c.
In cant.9. in oct.98.
Come ſentiſſi tal &c.

In can.12. in oct.4.

Quanto mè fora in ſelua &c.

Ibid. in oct. 77.

Io viuo ? io ſpiro ancora ? &c.

In cant. 16. in oct. 54.

Deh che del fallir noſtro &c.

Ibid. in oct. 56.

Che diſſimulo io più ? &c.

In cant. 20. in oct. 63.

Lo ſtral volò mà con &c.

Ibid. in oct. 124.

Armi infelici (diſſe) &c.

Signa Fugæ ſunt : vultu, oculiſque rigeſcere, accendi, oculorum acies auerſas tenere, hærere conterritus, indignari.

Virg. in lib. 3. Aen.

Iſq. vbi dardanios habitus &c.

In 6. illa ſolo fixos oculos &c.

Taſs. in cant. 2. in oct. 37.

Vn non sò che d'inuſitato &c.

Effectus Fugæ ſunt : eripere ſe periculis feſtinanter, mortem præ tædio ſcelerum præuenire, pœnitentia confici, omne ſibi inuiſum, & contrarium arbitrari, velle aduerſorum memoriã perdere, aures aduertere nolle, negare, horrere odiſſe.

Virg. in 2: Aen. Abnegat exciſa vitam

tam producere Troia.
Ibid. Quamquam animus meminiſſe horret luctuque refugit.
In 5. Aſt illæ diuerſa metu &c.
In 7. Abſtinuit tactu pater &c.
In 10. Turno tempus erit &c.
Taſs. in can. 4. in oct. 81.
Io per me qui depongo &c.
In can. 12. in oct. 77.
Ahi man timida, e lenta &c.
In cant. 16. in oct. 43.
Non aſpettar, ch'io preghi &c.
In cant. 20. in oct. 118.
Già di tanti guerrier &c.
Proprietates Fugæ ſunt: horrorem ex odio manare, comitem habere timorem, neque conſilium adhibere, nec ducem, affectus impetu ferri.
Virg. lib. 4. Aen.
Tum vero Aeneas ſubitis &c.
In 10. neque n. fortiſſime credo Iura aliena pati &c.
Taſs in can. 7. in oct. 3.
Fuggì tutta la notte &c.
In can. 9. in oct. 95.
Mà chi dà legge al vulgo &c.
In can. 20. in oct. 75.
Impetuoſo, e rapido &c.
Inſtrumenta Fugæ ſunt: cognitio,

cogitatio, voluntas.
Virg. in Ecl. 1. Impius hæc tam culta noualia miles habebit &c.
Taſs. in can. 13. in oct. 20.
Non rimirar le nere ombre &c.
Corrigitur ratione, fortitudine, animi conſtantia, aliorum exemplis. Excuſatur, cum quis fateatur pectore carere adamantino, & ab humanitate ſenſus non habere alienos: cum quis dicat, dare terga potentiæ, aut ſorti inimicæ, non metui.
Vlrgil. in 9. ---quo deinde fugam, quò tenditis! inquit &c.
In 10. Quò fugitis ſocij &c.
In 11. Quis metus ò nunquam dolituri, ò ſemper inertes &c.
Taſs. in can. 4. in oct. 15.
Ah non ſia ver, che non ſono &c.
In can. 7. in oct. 112.
Volge il tempo à la forza &c.
In can. 9. in oct. 47.
Goffredo, oue fuggir l'impaurite &c.
In can. 12. in oct. 41.
Non per temenza laſcierò &c.
In can. 13. in oct. 23.
Ben hà tre volte, e più &c.
In cant. 20. in oct. 85.

Mà

Digitized by Google

Mà già ſen viene, e grida &c.

Iiſdem, quibus diximus deſideriū prouoçari coloribus, dicemus & fugam. Addinius hoc inſuper vnum, vt ſuppellex in ſermone arçeatur nimis venuſta, & abſque accuratis verborum nexibus excurrat oratio. Fugam ornamenta retardant.

Hanc pro exemplo conſtituimus formulam.

OMnis ciuitas inter vmbras errorum te noſcet palantē, & terra neutiquam vlla te videbit à maculis abhorrentē? Ab hyemis horrore recedunt hirundines, in ſyluis buccinæ ſtrepitum fugiunt belluæ. Præſentiētes ædificiorum excidia formicę, mureſque nullo pacto ſalutis immemores præcipiti feſtinatione foras erūpunt. Tu flagitiorum tantummodò caſibus obuiam ibis, culparum amplecteris pericula, fallaciſſimæ lenocinio voluptatis deceptus acquieſces iniurijs? Criminum te non deterret deformitas, ſordibus erratorum indormire non pudet? ingrati labem

animi non vereris, gloriæ iacturam non meditaris? á ſtatu honoris, velut arbor, quæ inutiliter terram occupat, iaces ſuccisus,& tuæ dolorem ruinæ ſtupefactus non ſentis? Prægrauatus laborum aceruis in foueam ærumnarum delaberis,& tot damnorum te pœna non docet? Quò verba præcipitationis te trahunt? á ſcelerum voragine deuorandum,ab honeſtorum cœtu te ſegregas. Ah non ita: conſilium aggredere nouum, vitęque ſalubrioris incipe curſum? amplius ſub vmbra mortis annos ęternos metiri iam dedignare. Abdica te mundi cupidine,in latebras remotiſſimę ſpecus te conde. Sæculi deſere vana,teſſeram apud omnes confringe, ſpiritu fruere nouo,indue nouum hominem. Erit illic dumtaxat tibi timor Domini comes, pernoctabis cũ lachrymis, laborabis cũ gemitu,ruſticaberis cum flagellis. Si ſic Pœnitentiam æquabis delictis,fletibus terges pręcordia,& priſtinam in viſceribus reuocabis albedinem'. Albedinem,quã perdidiſti ſub dio repoſces ſub luco. Inter ſpinas candicant lilia, in deſerto ſpecioſa floreſcunt. Gaudent
melio-

meliora communi carere ſpectaculo.
Decet procul à multiloquio rutilare ſimplicitatem, decet procul à Sole ſeruari niues.

DE INVIDIA.

QValitatibus frigidi, & ſicciterræ conſentit inuidia, & ſterilis ſemper eſſet, niſi vitijs fœta, iniquitatem omni momento progigneret. Omnium malorum eſt genitrix, ſuperbiæ proles, Diaboli vitium, ſeminarium delictorum, materia culparum; nullo pacis contenta fœdere, charitatis violat iura: impacata conſanguinitate virtuti coniuncta, veritatis candorem inceſtat. Mentis tinea eſt, cogitationum tabes, oſſium putredo, ærugo conſumens animum, telum ferri expers. Duplici gloriatur principio: altero inter aſtra, dum cœli ſonus tranſijt in tubarum clangorem, & ſtrepitum: altero inter flores, dum terris natura parens ſerpẽtis veneno corrupta deperijt, Virtutem inſequitur, & priorem, aut parẽ ferre non poteſt. Tanquam ignis

ſumma petit, habitat in plateis, non ſine dolo lac concupiſcit, aliorum gemitibus, ſuſpirijs, queſtu, & dolore depaſcitur. Paruulorum, & impotentium crimen eſt, in aliena trãquillitate procellam offendit ſuam, haurit ex aliena lætitia ſuos luctus, ab alienis victorijs arguit ſibi laqueos, & catenas; inter aliorum munera, & dotes, iacturas enumerat proprias. In quocumque ſtatu aliorum laudem, aut corrumpit, aut minuit. Naturæ opera conſtringere, & deſiccare, frigoris eſt. Quis neſcit vrgente hyeme plantas humore deſtitui, & frondibus ſpoliatas areſcere? Ob frigus eſt inuiſa calori, & operantes odit, & glorioſos. Indulget humido, & ideò tantummodò mollibus, miſeris, & inertibus parcit. Contra iſtam odore muniri ſuauitatis nil iuuat, ſi roſa quoque fragrans, & pulchra præcingitur ſpinis. Non eſt contra iſtam lux amuletum, ſi vel Sol, qui lumina, & radios vndique fundit, nubium interdum tenebris obuelatur.

Definit inuidiam Ariſtot. in lib. 2. Rhetor. cap. 9. Λύπη γὰρ ταραχώδης

καὶ ὁ φθόνος ἐστι, καὶ εἰς εὐπραγίαν, ἀλλ' οὐ τοῦ ἀναξίου, ἀλλὰ τοῦ ἴσου, καὶ ὁμοίου;

Cauſæ Inuidiæ ſunt: alterius ſalus. virtus, felicitas, & gloria: perſonis poſtponi inferioribus, & indignis, ad petitos honores competitorem agnoſcere, maiorem admirari formam in alijs; alios ſpectare liberiore frui vita, robuſtiorem oſtentare potentiam, & alios alterius gloriam fraude occupare.

Virg. in lib. 2. Aen.

Scilicet hæc ſpartã incolumis &c.

In 4. Aen. Fœmina, quæ noſtris &c.

In 7. Ecce autem Inachijs &c.

Taſſ. in cant. 4. in oct. 10.

E poſcia (ahi quanto à ricordarlo &c.

In can. 5. in oct. 8.

La cui virtute inuidiando &c.

Ibid. in oct. 19.

Teco gioſtra Rinaldo &c.

In cant. 6. in oct. 82.

E frà ſe dice ſoſpirando &c.

In can. 8. in oct. 65.

Taccio, che fù da l'arme &c.

In can. 10. in oct. 23.

—— e quegli à dir ripreſe O lui felice eletto à tanta lode &c.

In

In cant. 12. in oct. 3.

Ben hoggi il Rè de Turchi &c.

Signa Inuidiæ ſunt: vultus minax, & toruus, aſpicere aliquem oculo zelotypo, oculos liuentes torquere, pallor in facie, tremor in labijs, ſtridor in dentibus, verba maleolentia, & detractionem ſonantia; faciles ad vim, & violentiam manus, & mens, & conſilium temeritatem portēdens.

Virg. in 11. Quid miſeros toties in aperta pericula ciues &c.

Taſs. in cān. 4. in oct. 2.

Mà'l grā nemico de l'humane &c.

In can. 5. in oct. 8.

Mà'l più giouin Buglion &c.

Effectus Inuidiæ ſunt: in verba Deum deſpiciētia erumpere, blaſphemare, conuiciari, rumpi, mortem aliorum deceptione moliri, obeſſe aliorum honoribus, cōſortium iniquè ferre, obſtupeſcere, admirari acutos gloriæ ſtimulos in pectore experiri, pericula ſpernere, inflammari, cruciari, aliorum exitio inuigilare, texere proditiones, bonis, & honoribus ſpoliari.

Virgil. In Ecl. 7. Paſtores edera &c.

In lib. 2. Aen.

inui-

-----inuidia poſtquam pellacis &c.
In lib. 4. Aen.
Et nunc ille Paris cum &c.
In 10 Aen. Pulſus ob inuidiam &c.
Taſs. in can. 5. in oct. 76.
D' ira, di geloſia, d'iuuidia &c.
In can. 8. in oct. 61.
D'aſtio dentro il fellon &c.
In can. 12. in oct. 7.
Stupiſce Argante, e ripercoſſo &c.
Proprietates Inuidiæ ſunt: matrem iactare ſuperbiam, odium parere, iras augere, neque modum, neque metam ſeruare, in ſtultorum, & miſerorum pectoribus hoſpitari, homines reddere propriæ ſubſtantiæ diſperſores, loquaces, & lingua valentes, ſed opere tenues, tumultuantes, & malè conſulentes.
Virg. in Ecl. 2. Et dixit moriens, te nunc habet iſta ſecundum &c.
In 7. Aen.--- medias acies, medioſq. per ignes inuenere viam &c.
Ib. Aſt ego magna Iouis coniux &c.
In 11. Tũ Drãces idem infenſus &c.
Taſs. in cant. 5. in oct: 19.
Vinca egli, ò perda homai &c.
Inſtrumenta Inuidiæ ſunt: ſenſus externi, & interni: Phantaſia, cum alio-

aliorum apprehēdit felicitatem, vritur, & conſumitur, oculi, cum ſpectant alios diuitijs affluentes, aut honoribus cumulatos, liueſcunt, & conturbantur.

Virg. in 2. Aen.

Iamq. adeò ſuper vnus eram &c.

Taſs. in can. 6. in oct. 82.

E frà ſe dice ſoſpirando &c.

Immunis ab Inuidia fit, qui pluribus præcedentibus meritis ad honorum culmen peruenit, qui virtutibus nixus, honores, & gloriam non affectat; qui decora, & dignitatis inſignia aſſecutus, non vt ſe mancipet voluptatibus, ſed vt publicæ inſeruiat vtilitati; qui adeptus eſt dignitates innocentia, ſudore, & labore, non otio, quiete, & fraudibus.

Virg. in 9. Aen. --me nulla dies tam fortibus auſis diſſimilē arguerit &c.

Taſs. in can 5. in oct. 14.

Nè purche me la mia virtù &c.

In can. 10. in oct. 24. --- Giriſi pur fortuna, ò buona, ò rea &c.

In can. 18. in oct. 40.

E dal campo gioioſo alto &c.

Inuidia prouocatur vna cum odio, turpis facultas eſt; niſi virtutis amictu

ctu prodeat perſonata, protinus tamquam vilis, & crimínoſa repellitur. τὸ φθονεῖν φαῦλον, καὶ φαύλων. ſequentibus his figuris ædificij ſibi materiã parat, & conſurgit in molem. Interrogatione, Subiectione, Comparatione, Contrapoſito, Congerie, Incremento, Ironia, Irriſione, Reiectione, Deſcriptione, Differẽtia, Compenſatione, Aſſeueratione, Exclamatione, Parẽteſi, Emphaſi, Præteritione, Improuiſo, & Apoſtrophe.

FORMVLA.

QVouſque tandem hominem ex humo formatum, corruptioni deuotum intuebimur terræ delicijs ãbutentem? dominabitur piſcibus maris, volucres ad ſui obſequium eucabit ab aere, belluarum ferociam ſuo ſubdet arbitrio, moderabitur elementa, ſine nubibus ducet dies, annos hic viuet æternos, & poſtremò noſtrarum ſedium vſurpator euolabit ad aſtra? Nos verò filij lucis, ab omni corruptione remoti à cœli fauſtitate inter abyſſi tenebras proſcripti,

pti, gemitibus, vlulabimus ſempiternis, iactabimus catenas, & laqueos, iniurijs numerabimus ſæcula? Heù, heù cõmilitones, ſodales, noſtri formidabilis imperij inuictæ vires, ſoluamur indignis aliquando ſeruitijs, primæuam, tot meritis comparatam ſumamus ſuperbiam? radix iſta noſtri dedecoris creſcens reſecetur, euellatur, deducatur in puluerem. Noſcat homo deinceps ſe genitum ad laborem, ſentiat vitam ſibi ſolummodò traditam vnius diei fabulam luctuoſam. vitæ principium depromat è lachrymis, in pœnarum ſudoribus adoleſcat, in ſingultus, in ſuſpiria deſinat. Illum deludat illecebris perſonata calamitas, illum lænocinijs fallat illecebroſa caducitas Quandoq. ſi roſarum corona laſciuiet, eius cythara conuertatur in luctum, & ſub ſymate honorum cœlet ærumnas: Quandoque ſi rerum æreas conſtruet moles, inopino malorum euentu mẽtis diſſipet cogitata. Quicquid ei fulſerit ab aſpectu decorum, in ſubſtantia experiatur nequiſſimum. Ploret, ingemat, conqueratur vociferetur: ſed lachrymæ diſpergãtur in mare, gemitus vaneſcant

neſcant in gutture, querelarum venti ſint arbitri, clamores ſidera non feriant, contra hominem nihil inauſum, nihil intentatum relinquite. Excitate in hominis cõtumeliam pelagi fluctus ad procellas, ad impetus, ab aere remouete ſerenitatem inhibete terram, ne germinet. Sepiat ſe tenebris Sol, humorum auara ſit Luna, ad ſtrages, ad impetus coniurata flammeſcant aſtra.

DE ÆMVLATIONE.

VIX è Numinis manu cœli, terreq; nituere primordia, cum ſuam illicò ſenſit originem Aemulatio. Immenſas Opificis dotes imitari ſuis petebat radijs cælum, & amictu coruſcabat ſtelligerò. Terra ſuis non contẽta muneribus cœli lacteos calles explicabat in fluuijs, ſtellarum ſimulacra referebat in pratis. Cum Mundus excreuit, æmulationis exauctum imperium eſt: Vniuerſi conflata eſt moles Angelis, ſtellis, elemen-
tis,

tis, animantibus plantis metallis, lapidibus; & lapides metallorum ſequi voluere naturam, metalla iunxere ſe plantis, vim vegetandi plantæ didicerunt ab animantibus, elementorũ contrarijs conſtructa potentijs ſurrexere animantia, ſtellarum vigore roborata fulſere elementa, ſtellæ Angelorum formoſitatem luminoſis oſtentabant in facibus. Nil creatum ſua ſorte quieſcit ingenita. Adhuc æmulator eſt ipſemet increatus, & omnipotens Deus: Sæpe numero vidimus Deum prægerere imaginem Angelorum, Angelos Auroræ ſimiles, ſtellas ignibus coruſcantes, animantium ſiguras in nubibus, degenerare in arbores animantia, virgas metallo frondeſcere, metalla reſolui in lapides. Dulcis eſt æmulatio, & emiſſiones eius, vt Paradiſus, cum tendit ad bonum: dura ſicut Infernus, cum tendit ad malum. Prima aliorũ virtutem amplectitur, ſtudio ſuccenſa rectè factorum. Secunda aliorum decus inſequitur cum animi cruciatu: Illa ex deſiderio, & ſimilitudine prouenit: Iſta ex auiditate, & inuidia naſcitur. Illa calcar eſt, quo gloriæ cur-

curritur curſus: incitamentum, quo difficillimis inhiatur: aculeus, quo volatur ad aſtra. ab aliorum motu accipit motum, in aliorum copia cō-perit egeſtatem, alienæ laudis amore capta flāmeſcit, alienis fœta preconijs æternitatis anhelat inſignia. Iſta totam ad exemplar inuidiæ ſe componit, ad cuius titulum ſuperiori loco deſcriptum mittitur lector.

Planè demonſtrat hanc Ariſtot. in lib. 2. Rhet. cap. 11. vbi hæc affert. ἔστι ζῆλος, λύπη τις ἐπὶ φαινομένῃ παρουσίᾳ ἀγαθῶν ἐντίμων, καὶ ἐνδεχομένων αὐτῷ λαβεῖν περὶ τοὺς ὁμοίους τῇ φύσει. οὐχ' ὅτι ἄλλῳ, ἀλλ' ὅτι οὐχὶ καὶ αὐτῷ ἐστι. διὸ καὶ ἐπιεικής ἐστιν ὁ ζῆλος, καὶ ἐπιεικῶν. τὸ δὲ φθονεῖν φαῦλον, καὶ φαύλων. Eſt Aemulatio moleſtia quędam propter eam, quæ apparet, præſentiam bonorum honoratorum, & eorum, quæ contingit ipſi aſſumere in ſimilibus natura, non quòd alij, ſed quòd non etiam ipſi ſunt: (quamobrem & bona eſt æmulatio, & bonorum: inuidere vero malum, & malorum.

Cauſæ æmulationis ſunt: gloria, immortalitas, nouitas, ætatis æqua-

litas,

litas, pulchritudinis paritas, prędmia, triumphi, cupiditas ſuperandi non habentem æqualem, alios præcellere, aliorum laudes & famæ celebritatem audire, alium agnoſcere mo- lientem laudabilia, & fortia.

Virg. in lib. 5.

Protinus Aeneas celeri certare, &c.

Ibid. Hic, qui fortè velint rapidò &c.

Ibid. Munera principio ante oculos &c.

Ibid. Entelle Heroum quondam &c.

In 10. Agmina concurrunt, ducibuſque &c.

In 11. Haud ignarus eram quantum noua gloria in armis &c.

Taſſ. in can. 8. in oct. 6.

Sueno del Rè de' Dani &c.

Ibid. in oct. 15.

Queſto campo, ò fratelli &c.

In can. 12. in oct. 3.

Ben hoggi il Rè de' Turchi &c.

In can. 15. in oct. 30. Se ciò concede, Donna quell'alta impreſa &c.

In can. 19. in oct. 49.

Deſio di ſuperar chi non hà &c.

In can. 20. in oct. 137.

Nel

Nel ſoglio, oue regnar &c.

Signa Aemulationis ſunt: oculos præferre auiditate plenos, intentè expectare, & corde exultante rebus inuigilare, vbi poſtulauerit cauſa, ſtatim ſe præbere paratum, celeriter, & cum fiducia loqui.

Virg. in 5. conſidunt tranſtris &c.

Taſ. in can 7. in oct. 66.

Quei, che fur prima timoroſi &c.

Effectus æmulationis ſunt: laudũ amore percuſſum obſtupuſcere, agitari, exardeſcere animo, violẽto motu rapi, in aliorum laudibus ſuam ſegnitiem agnoſcere, & cruciari gloriæ deſiderio trahi, omne opus ſibi perſuadere laudabiliter in mente cõpletum omnes certãtibus animis expetere geſta gloriæ, & in omnibus cupiditatem, ardoremque flammeſcere, moras rumpere: ſeipſum contemnere, cum alijs minorem eſſe ſe cenſeat, & hominum commercio abdicare ſe velle, libenter vitam pro laude paciſci.

Virg. in lib. 1. Aen.

Ducit Amazonidum lunatis &c.

In 5. Hi proprium decus &c.

In 9. Obſtupuit magno laudum &c.

In 11.

Digitized by Google

In 11. Ipſæ de muris ſummo &c.
Ibid. Funditur ater vbiq. cruor &c.
In 12. Totæ adeò cōuerſæ acies &c.
Ibid. Sin potius noſtrū annuerit &c.
Ibid. --- atque animis pariter &c.
Ibid. At fratres animoſa phalāx &c.
Taſſ. in can.5. in oct.52.
Parte, e porta vn deſio &c.
In can.7. in oct.66.
Così parla il gran vecchio &c.
Ibid. in oct.68.
Ma ſoura tutti gli altri &c.
In can.8. in oct.10.
Queſto parlare al giouinetto fian-co &c.
In can.12. in oct. 7.
Stupiſce Argante, e ripercoſſo &c.
In can. 17. in oct. 82.
Sueglia Rinaldo in rimirando &c.

Proprietates Aemulationis ſunt; cum adeſt laudum occaſio, exultare, lætari, celeri moueri gradu, omnia opera rumpere, & aliquid terroris ſpirare, admirationem, & ſtuporem ſectari, labori non parcere, commodis, & delicijs non trahi: huic vni dumtaxat addictus, aliorum affectuum nulli cedere.

Virg. in li.10. Per vos, & fortia facta &c.

In 12. At pater Aeneas audito &c.
Taſſ. in can.8.in oct.6.
Nè timor di fatica &c.

Inſtrumenta Aemulationis ſunt: Deſideriũ, Audacia, Societas, Tubę, Verba, Furor, & Ira.

Virg. in 2. Aen.
Sed glomerare manum bello &c.
In 7. Tum verò ad vocẽ celeres &c.
Taſs. in can.7.in oct.6. - - e ſpronĩ acuti ſon le parole &c.

Aemulatio deſinit cum ætate, nec victos, nec vita carentes inſequitur. frigeſcit etiam vbi robur ex vtraque parte nõ concurrit æquale, vbi adeſt inhibitio, ſaut fœderis compoſitio.

Virg. in lib. 1. Aen. ---- officio nec te certaſſe priorem Pœniteat.
In 5. non laudis amor, nec gloria ceſſit
Pulſa metu &c.
In 10. Cælicolæ magni quænam &c.
In 11. Nullum cum victis certamen, & æthere caſſis.
Ib. O fortunatæ gẽtes, Saturnia &c.
In 12. Quò ruitis? quæue iſta repens diſcordia ſurgit &c.

Aemulatio animi ſuppellex laudabilis eſt: ἐπιεικές ἐστιν ὁ ζῆλος, καὶ

ἐπιεικῶν. eaſdem, quas inuidiæ deſtinauimus, figuras expoſcit: fuco tamen orationis non indiget, & colore *Denunciationis* admirabilem obtinet vim.

FORMVLA.

ITane inglorios omni tempore agemus dies? Si rigeſcẽte ventorũ tyrannide cœlum inhorreat, iners nos recipiet focus? ſi bacchata flammarum incendia Sirius iaculetur in terras, ſopore deiecti nos quieſcemus ad vmbram? Nil vnquam laudis, aut gloriæ moliemur? aliorum præconia nos non excitant? Heroum tot monumenta noſtram ignauiam nobis non exprobrant? quotidie noſtras aures incaſſum facta fortium vulnerant. Audimus pueros ad Eſtuantis fornacis ſtrepitus decantare pœana, ſuperare labores, iuuenes deuorare ſecures, ſenes flocci pendere laqueos, etiam in ſexu fragili pœnarũ reſonare victoriam. Et nos non pudet indormire deſidiæ? non erubeſcimus animi habenas commendare vecor-

cordiæ? Fruſtra baptiſmatis oleo delibuti nos ſumus in cunis, ſi in arenam deſcendimus nunquam. Quid iuuat Chriſtiadum oſtentare vexilla, ſi Chriſti labores horremus? Chriſti gloriam poſcimus, ſed vitam pro Chriſto paciſci reſpuimus. Optamus cum Chriſto partem habere petulanter in Tabor, ſed Chriſti crucẽ pertinaciter repudiamus in Golgotha. Audeant Piſcatores, & Pauperes anhelare catenas, & cruces. Glorientur Pontifices in morſibus belluarum, ſuperbiant fœminæ contempſiſſe flammas, & gladios: Nos ſæculo debiliore progeniti, milites delicati certamina ineamus cum pateris, expectemus coronas à luxu. Nos non manet in cœlo tabernaculum Solis illius, qui cum neſciat ortum, non timet Occaſum. in torrente voluptatis, cuius impetus perennem affert lętitiam, non explebimus ſitim. Nobis non patet theatrũ illud aſtrorũ, qui tam viliter hoc in mundo fabulã vitæ perteximus. Ex alienis tantũmodò laudibus noſtra diſcemus opprobria: ex aliena felicitate demanabit ad nos dumtaxat cõfuſio.

DE IRA.

QVicunque nouerit Iram vultu ſuccenſam, dentibus infrendentem, ignitos vibrantem intuitus, inceſſu gradientem præcipiti, armatam minis, ſtipatam tumultibus, ſociatam exitijs, & ſcintillãtibus potius oculis quam ardentibus vocibus perorantẽ, illam ſanè nulla argumẽtorũ adhibita vi, fatebitur ignis ab elemento productã. Illa ignis in morem quietis impatiens, frœni neſcia, mentem ĩmpellit ſurſum, manũ ad deſtructionem parat, ſtridet, furit, inſanit. Iniuriæ progenies eſt, vindictæ mater, gemella ruinæ, terrarum, ac marium immenſa ſpatia furore funeſtat, ciuibus ſpoliat vrbes, vrbibus viduat regna, regnis depauperat mundum. Vnica eſt, ſed duplicem currit viam, rationis, & appetitus. ſi per primam incedit laudabilis eſt, & dicitur zelus; ſi per ſecundam, virtuti non congruit, & appellatur iniquitas. in prima, iuſtitiæ eſt conueniens, malum inſequitur, & pietatem non aduerſatur: in ſecunda, appe-

appetitui cõſors eſt, inheret ſenſibus & charitatis officia negligit. in vna ſerueſcit cor, veritatis lumina fulgent, inuiolata naturæ iura ſeruantur, legum ſanctitas honoratur, & ſuperborũ ambitio frangitur: in altera confunditur mens, errorum vndique vagãtur examina, perturbatur rectitudinis ordo, tortuoſa offenduntur, & religionis ſerenitas obſcuratur. vtriuſque callis terminus, vltio eſt: Sed in vno Prudentia triumphum adornat, in altero ſtatuit cupiditas dedecus.

Hanc ita ſignificat Ariſt. in lib. de virt. & vit. Ὀργιλότης δὲ ἐστι κακία τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν εὐκίνητοι γίνονται πρὸς ὀργήν, & inferius ὀργιλότητος δὲ ἐστιν εἴδη τρία, ἀκροχολία, πικρία, βαρυθυμία. ἐστι δὲ τοῦ ὀργίλου, μὴ δύνασθαι φέρειν μήτε τὰς μικρὰς ὀλιγωρήσεις, μήτε ἐλαττώσεις. εἶναι δὲ κολαστικὸν, καὶ τιμωρητικὸν, καὶ εὐκίνητον πρὸς ὀργὴν, καὶ ὑπὸ ἔργου, καὶ ὑπὸ λόγου τοῦ τυχόντος.

Iracundia, incitabilis ad vindictã partis vitium, vnde procliuiter iræ conceduntur. Iracundiæ tria ſunt genera: excandeſcentia, amarulentia,

& quædam ex offenſa torpeſcentia? Eſt autem iracundi hominis, contemptiones, imminutioneſue ſui, vel minimas, ferre minime poſſe, ſed ad vindictam, multamq. ſtatim tendere: itaque & verbo, & re qualibet ad iram, perfacile moueri.

Cauſæ Iræ ſunt: iniuriæ, contemptus inimicitia, iniuſtitia, inurbanitas, tyrannicus dominatus, argumenta honoris, & gloriæ, ſuſpiciones, indignationes, ingrati animi vitium, facta ob proprium commodum, & ambitionis cauſa, impedimenta, quæ alij inferuntur, ne ſurgat à caſibus, & æruminis. cum ad honores vocantur indigni: cum quis ſubmittitur, vt facilius alios poſſit opprimere: cum videt aliquem ſecũ certare meritis: cum alios aſpicit lætos, & meliora ſperantes republica mœrente, & perterrita. Cum notæ fiunt contumeliæ, & adeſt dux vltionis: ſpes euertendi hoſtem, opportunitas, tempus, zelus honoris, & ſanguinis hoſtilis cupiditas.

Virg. in lib. 1. Aen.

Nec dum etiam cauſæ irarum, &c.

Ibid.

Ibid. Gens inimica mihi, &c.
In 7. Turne tot incaſſum fuſos, &c.
In 10. Spes addita ſuſcitat iras, &c.
In 12. Ille oculis poſtquã ſæui, &c.
Taſſ. in cant.1. in oct.86.
Veggio (dicea) de la letitia, &c.
In can.2. in oct.90.
Spiegò quel crudo il ſeno, &c.
In can.3. in oct.48.
Diregli, che vederne homai, &c.
In can.4. in oct.9.
Tartarei Numi di ſeder, &c.
In can.8. in oct 61.
Pur ſe coteſta mano.
Ibid. in oct.63.
Gli aduna là, doue ſoſpeſe, &c.
Ibid. in oct 67.
Rinaldo han morto, il qual, &c.
Ibid. in oct.70:
Andiamne, e reſti inuendicato, &c.
Paulò inferius.
Io io vorrei, s'il voſtro, &c.
In can.9 oct.9.
Noi (gli dice ella) traſcorriam, &c
In can.12. in oct.62.
Arſe di ſdegno à quel parlar, &c.
In can.19. in oct.7.
Grande è il zelo d'honor, &c.
Signa Iræ ſunt: Fremere, ſuſpiria

 emit-

emittere, genas accenſas præferre, feruere, æſtuare, & ignis ſcintillas ab oculis promere, ignitos vibrare intuitus, infrendere dentibus, oculos voluere toruos, & horribiles: promptas efferre manus, audacem, agitare linguam, ingenio feruenti pollere, oculos indicare rabie, & veneno refertos, voce ſuperba loqui, ſibi mordere præ rabie manus, ſinum explicare, & laxos effundere amictus, aſpectu ferociter exardere, impauidam, ſublimemque frontem proponere, oſtentare leuitatem in motibus, velocitatem in pedibus, humum ore mordere, crines dilacerare.

Virg. in 7. Idem omnes ſimul ardor
agit noua quærere tecta, &c.

In 10. Ille autem impauidus, &c.

In 12. His agitur furijs, &c.

Taſſ. in can. 2. in oct. 88.

Coſì riſpoſe, e di pungente, &c.

Ibid. in oct. 90.

Et à guerra mortal (diſſe) vi, &c.

In can. 6. oct. 38. --- e'l Pagano al
ſofferir poco vſo, Morde, &c.

Ibid. in oct. 44.

Con inſolito horror freme, &c.

In can. 7. oct. 42.

In-

Infiamma d'ira,&c.

Ibid. in oct.53.

Qual con le chiome, &c.

In can.8. in oct.58.

Coſtui pronto di man,&c.

Ibid. in oct.62.

Si rompe il ſonno,&c.

In can.9.in oct.76. arde il feroce.

Sguardo: hà la fronte,&c.

Ibid. in oct.78.

Cade, e co i denti l'odioſa, &c.

In can.16. in oct.66.

Così in voci interrotte, &c.

Effectus Iræ ſunt: inflammare, ardentem haurire dolorem oſſibus:huc, atque illuc voluere oculos, inſanire, furoris impetu rapi, nullas admittere rationes; mentem,& conſilia præcipitare, vlciſcendo pulchram cenſere mortem, efferaſcere; nihil inauſum, nihil intentatum relinquere, ſanguinis ſiti torreri, conuiciari, detrahere, cōfundere verba loquendo; ardenter,& minaciter fari· attollere enſem cum voce, pericula ſpernere, obliuiſci tutamina, omnes abolere reſpectus, ferocitate geſtorum portendere mortem, pugione percutere aerem, & vmbram; configi do-

In 11. Extemplò turbati animi, &c.
In 1·.--vltrò implacabilis ardet, &c.
Ibid. Mugitus veluti cum prima in prælia Taurus, &c.
Ibid. At fratres animoſa phalanx, &c
Ibid. Multa virum volitans, &c.
Ibid. Ac velut Aedoni Boreæ, &c.
Ibid. Ac velut immiſſi diuerſis, &c.
Ibid Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus.

Taſſ. in can. 2. in oct. 11.
Mà poich' il Ré crudel vide, &c.
In can 3. in oct. 30,
Ma'l Prence infuriato, &c.
Ibid. in oct. 50.
Venia per far nel barbaro, &c.
In can. 5. in oct. 29.
Mà per le voci altrui, &c.
In can. 6. in oct. 36.
Ne l'ira Argante infellonifce, &c.
Ibid. in oct. 44.
Con inſolito horror freme, &c.
In oct. 45. ibid.
E la vendetta far, &c.
In can. 7. in oct. 54.
Spirano gli atti fieri, &c.
In can. 8. in oct. 57.
Tu ſol punto Argillan, &c.
Ibid. in oct. 75.

Digitized by Google

Corrono già precipitoſi, &c.

In can. 9. in oct. 12.

Verrò, farò là monti, &c.

Ibid. in oct. 22.

Corre inanzi il Soldano, &c.

Ibid. in oct. 76.

E giunto fra nemici alza la voce, &c.

In can. 12. in oct. 44.

In quel modo, che fulmine, &c.

In can. 16. in oct. 63.

Ahi ſeguirò pur l'empio, &c.

Ibid. in oct. 72.

E fra varij penſier dubbia, &c.

In can. 19. in oct. 35.

Alzò lo ſguardo horribile, &c.

In can. 20. in oct. 55.

Poich'eccitò de la vittoria, &c.

Proprietates Iræ ſunt: De Deo, & de hominibus conqueri, alterius mirari crudelitatem, pericula non aduertere, furoris impetu corripi, dolorem acerbare, & ſtimulis lædere cor, ingenitam ferociam excitare, etiam ſi ætate langueſcat, & dormiat; nullo manſuetudinis iure teneri, rationem, & artem euertere; miniſtrare vires, & robur: lachrymas cōgererē in pectore, afferre dul-

cedi-

cedinem imaginatione vindictæ; ſocios habere luctum, horrorem, inſidias, & mortem. agitare in animo fluctus irarum, & cogitationum: hominem reddere terribilem, & inuictum: operari inſtar ebrij, & cœci: pœnitere benefactorum: violare pudoris formam, polliceri iuramento vltionem, ſibimet odio eſſe, naturæ dona reſpuere.

Virg. in lib. 2. Aen.

Quem non incuſaui amens, &c.

In 12. -- cum flumina cõcitus Hebri
Sanguineus Mauors, &c.

Ibid. Tum verò aſſurgunt iræ, &c.

Ibid. Haud quaquam dictis violentia
Turni, &c.

Taſſ. in can. 1. in oct. 83.

Queſto penſier la ferità, &c.

In can. 5. in oct. 17.

E ſe ne cruccia sì, &c.

Ibid. in oct. 18.

E quì più ſempre l'ira, &c.

In can. 6. in oct. 48.

Vinta da l'ira è la ragione, &c.

In can. 9. in oct. 87.

Mà com'ei vede il ferro hoſtil, &c.

Ibid. in oct. 94.

La fera coppia d'eſſeguir, &c.

In

In can.12. in oct.104.
Odi Geruſalem ciò, &c.
In can.16. in oct.62.
Miſera Armida, allhor doueui, &c
Ibid in oct. ſequenti.
Che fà più meco il pianto, &c.
Ibid. in oct.66.
S eſſer compra à tal prezzo, &c.
Ibid. in oct.105.
Spatia l'ira del ferro, &c.
In can.19. in oct.70.
Signor (dicea) membrando, &c.

Inſtrumenta Iræ ſunt: cogitatio, oculi, verba, & exempla, quæ viuam doloris imaginem repræſentant, & offenſionis vulnera renouant.

Virg lib.10. Pallas, Euander in ipſis
Omnia ſunt oculis, &c.
Taſſ. in can.1. in oct.85.
Però, che dentro à vna Città, &c.
In can.5. in oct.18.
E fà, ch'in mezo à l'alma, &c.
In can.9. in oct.28.
Et eccitati dal paterno, &c,
Ibid. in oct.40.
Mentr' il Soldan sfogando, &c.

Reprimitur ira, vbi pulcher aſpectus illuxerit, aut grauis, & plenus maieſtate vir apparuerit, cum tempus,

pus, aut locus iræ non datur, cum iuſſa maiorum vetant iraſci, cum obſtat honeſtas, religio, & pietas. ſæpe ſolet humilitate, & armorum depoſitione irarum ignis extingui. aliquando tollitur, ſi facultatem hanc iraſcibilem ad refrœnandos inordinatos affectus, accepiſſe probabimus.

Virg. in lib. 1. Aen.

Ac veluti magno in populo, &c.

In 12. Quò ruitis? quæue iſta repens diſcordia ſurgit? &c.

Taſſ. in can. 3. in oct. 53.

Tornatene (dicea) ch' à le, &c.

In can. 5. in oct. 45.

Tancredi intanto i feri ſpirti, &c.

In can. 5. in oct. 57.

Anima non potea d'infamia, &c.

In can. 10. in oct. 13.

Mentr'ei ragiona ancor, &c.

Ibid. in oct. 27.

Soſpirò dal profondo, &c.

In can. 17. in oct. 62.

T'alzò natura inuerſo il ciel, &c.

In can. 19. in oct. 31.

La fera ſpada il generoſo, &c.

In cant. 20. in oct. 57.

Poi ſi raccoglie il vincitor, &c.

Ibid.

Ibid. in oƈt.121.

Quì pon fine à le morti, &c.

Ignis Naturã ſequitur Ira, & quas vehementi ſtylo tribuimus figuras, omnes expoſcit. Flammam ſyluas, & nemora deuorantem, fluuium natiuo ex alueo erumpentem, ripas vaſtantem, ſecumquè plantas, & ſaxa trahentem imitetur oratio. Senſa nõ emanent à mente, quæ fragore, tonitruque non reboent: Sonus ex ore non prodeat, qui ſcintillas non torqueat: E faucibus verbum non euolet, quod terrorem non prouocet: Periodus è labijs non excurrat, quæ non iaciat fulmina, & ineuitabilem moliatur euerſionem.

FORMVLA.

OBſtupefaƈti ſic eſtis, ò Miſeri, vt lucem aliquando non diſtinguatis à tenebris? amicum illum è millibus eligendum, qui proprij ſanguinis pretio genus humanum vindicauit à laqueis, contemnetis, & hoſtis nequiſſimi, qui pœnas ex mortis ærario adducit in Mundo reciprocas,

veſti-

veſtigia ſectabimini? credetis, cui fidem fallere, laus eſt: cui fœdera violare, triumphus? diuitias, & honorum inſignia pollicetur in ſomniјs & in vigilia egeſtatem, calamitateſque diſtribuit. Gloriæ ſtola vos exuit,& infamiæ velamento vos induit. Quicquid proponit in laudem, eſt vmbra: quicquid colorat in gaudium, eſt punctum. Omnes vocat ad roſas, ſed vocatos ſiſtit ad ſpinas. Ab incunabulis mũdi lętatus eſt vita ſpoliare mortales. O qualẽ inexhauſtam malorũ fodinam inuenit! Ille quietem ademit, & laboris tot incõmoda protulit. Ille rerum ordinem perturbauit,elementa corrupit, ſtellas prouocauit ad arma. Perſonatus incedit, ſed ſemper eſt impius, ſemper eſt ferox. quandoque miteſcit, vt commodiùs poſſit exercere tyrannidem: quandoque coruſcat radijs, vt aptius mortis fulmina iaculetur. Odit, execratur, conuiciatur. ſpes addit, & imaginibus deludit inanibus: auget animos ad ſuperbiam,& cupiditates irridet: congerit cupiditates in pectore,& mentis diſſipat cogitata. In quolibet ſor-
tis

tis articulo poſtremũ infortunij iactat aleam: cuiuſcumque lætitiæ in metam ſtatuit luctum. Ite nunc vos, externorum, internorumque luminũ inopes, & amicum illum relinquite, qui veſtros leuat labores honeſtatis oblectamento, & opera veſtra cuncta perfectionis corona condecorat: & tam nefarium hoſtem excipite, qui vitæ trãquillitate vos abdicat, æternis miſerijs mancipat, ducit ad ipſum Abyſſi, deformat, opprimit, deſtruit.

DE MANSVETVDINE.

FAcultas animæ rationalis cum moderatur iracundię paſſionem, producit Manſuetudinem: cum temperat actum, parit clementiam Manſuetudo eſt animi lenitas erga omnes: Clementia eſt animi lenitas erga inferiores ſolummodo. Hæc minuit iracundiæ pœnas: illa vindictæ appetitum frangit. Vtraque rebellantis affectus impetum ſedat, ſubditque rectitudini voluntatem: ab ele-

Digitized by Google

elemento terre deducit vtraque temperamentum, quandoquidem conſtantiam iactat in geſtis, virtutum omnium eſt fundamentum, & baſis, cœleſtiumque donorum eſt ſedes, & receptaculum. Nil habet inordinati, componitur ordine, & ſpecioſa præfulget: inanis gloriæ nō eſt auida: nullius, niſi propriæ excellentię obliuioſa eſt: nulli, niſi columbæ, vel agno patitur comparari. Tegitur amictu candoris, & in quacunque fortuna quietis eſt appetens. Decorem honeſtatis effundit in greſſibus, ſermonem dulcedine conflat, modeſtia imbuit actiones, & tacita non deſinit loqui. Simplicitatis amica eſt, & veritatis veneratur imaginem. illicitis penitus abſtinet, conueniēti vtitur moderatè. In aduerſis ſolatur ſpe, nec conqueritur: in proſperis vndique ſpargit vnguentorum odores, & ab innocentia nunquam vacat. Laborat, ſuſtinet, & difficillima, & ardua ſuſtinere nō timet: præſentit aliquid felicitatis in poſterum. Laudes proſeminat, & obſequiū colligit; cunctando reſtituit rem, & diuturnitate adipiſcitur palmam. Naici
in

Digitized by Google

in mundo bis viſa eſt: primũ in horto voluptatis, vbi floribus coronata paulùlum nituit, cũ de repente Draconis inſidijs deuaſtata conuerſos ſenſit flores in tribulos. Tunc temporis erupere labores, ærumnæ, calamitates. Iterum ſerenauit in ſtabulo paleis fota, cum rerum vniuerſitas renouata eſt, montes ſtillauerunt dulcedinem, & è collibus mel manauit, & lac.

Ab Ariſt. in lib. de virtut. & vitijs deſcribitur ſic. Πραότης δὲ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς καθ' ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίνονται δυσκίνητοι, & inferius Πραότητος δέ ἐστι, τὸ δύνασθαι φέρειν μετρίως ἐγκλήματα, καὶ ὀλιγωρίας, καὶ τὸ μὴ ταχέως ὁρμᾶν ἐπὶ τὰς τιμωρίας. καὶ τὸ μὴ εὐκίνητον εἶναι πρὸς τὰς ὀργάς, ἄπικρον δὲ τῷ ἤθει, καὶ ἀφιλόνεικον ἄχοντα τὸ ἠρεμαῖον ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ στάσιμον.

Manſuetudo vero incitabilis ad vindictam animi partis virtus eſt, per quam ægrè ad iram concitantur. Manſuetudinis eſt criminationes, calumniaſque, & contemptus moderatè ferre, ac ad vindictm celeriter non tendere, minimèque ad

iram

iram præcipitem eſſe; & cum nec in ſuauibus, nec irricabilibus moribus, ſis, placidum, ſtabilemque animum retinere.

Cauſæ manſuetudinis ſunt: honeſtas, æquitas, religio, nobilitas: nolle lædere, quem diligimus, nec velle à ſuis primordijs diſtare, reſpondere promiſſis, accepti beneficij confeſſio, pax, quies, tempus, pietas, & pietatis inueterata conſuetudo, aduentus ſpectabilis viri, ſuperiorum decreta, ſiderum diſpoſitio, vidiſſe ruinarum vltimum diem, ſuccubuiſſe fortunæ tyrannidi. Adhuc decora facies (pręcedente tamen admiratione, & ſtupore) immittit in pectus irati Manſuetudinem.

Virg. in lib. 1. Aen. ---nunc placida compoſitus pace quieſcit.

Ibid. Tum pietate grauem, &c.

Taſſ. in can. 2. oct. 20.

A l'honeſta baldanza, &c.

In can. 5. in oct. 45. & 46. vt ſupra. pro iræ frænatione.

In cant. 13. in oct. 71.

Padre, e Signor, s'al popol, &c.

In cant. 14. in oct. 68.

Così (chi 'l crederia?) ſopiti, &c.

In

In cant.19. in oct. 74. O Caualier, perche quel dono Donatomi, &c.
Ibid. in oct.81.
Ne la dolce prigion,&c.
Ibid. in oct.93.
Inuitto vincitor, pietà,&c.
In can.20. in oct.121.
Placido è fatto,&c.
Signa Manſuetudinis ſunt: dulcis ſermo, iucunditas riſus: placidus, affabilis, & popularis aſpectus, omnibus videri humanum, & Comem, oculos præmonſtrare pietate perfuſos, vultum humilem, ſupplicem, & demiſſum, tacito progredi inceſſu. precantem protendere dextram, aut errati cõfeſſione, aut amicitiæ ſigno, aut pacis aſſertione.
Virg. in lib.12.
Adiuuat inceſſu tacito,&c.
Ibid. Ille humilis, ſuplexq. oculos, dextramq. precantem,&c.
Taſſ. in can.4. in oct.92.
Ma mentre dolce parla, &c.
In can.9. in oct. 84.
Et al ſupplice volto,&c.
In cant.12. in oct.66.
Amico hai vinto,&c.
Ibid. in oct.69.

E la man nuda, e fredda,&c.

In can.18. in oct.5.

Poiche le dimoſtranze honeſte, &c.

Effectus Manſuetudinis ſunt: dono dare; neminem lædere, quantumuis læſus æquo animo ferre cruciatus, & mortem, dummodò alij non iniungat iniuriam. ſupra petita concedere: inuitare aliquem ad regnum, ad ciuitatem, ad domum. alicui vniuerſa bona deferre: alios obſeruando, & ab alijs obſeruatum, lætari. alijs locum, vt ſibi fidant, præſtare, rebus proſperis,& fortuna flante minimè extolli, & bonorum authorem agnoſcere cœlum. Aegrè ferre, cum vnicuique ſatisfacere nequeat. quietam, & pacificam agere vitam. vſui, & legibus adhærere: omnes ſolari: exhibere ſe alteri: ſubmitti: ſinere, vt cedat pietati iuſtitia: ſuperbos habitus non tantū mentis deponere, verum etiam vanos, ac magnificos corporis apparatus. Virg. in lib.1. Aen.

Seù vos heſperiam magnam,&c.

In 7.

Ille Deæ donis,& tanto,&c.

Ibid.

Ibid. Genſq. virum truncis, & duro robore nata,&c.
In 11. Quæ nam vos tanto Fortuna indigna Latini, &c.
Taſſ. in cant.2. in oct.49.
Nuoua coſa dourà parer,&c.
In can.3. in oct.24.
Percoſſo il Caualier,&c.
Ibid.in oct.27.
I patti ſian (dicea) poiche,&c.
Ibid. in oct.30.
Nudo ciaſcuno il piè calca,&c.
In can.8. in oct.80.
E per hor la giuſtitia à la, &c.
In can.20.in oct.136. E con le flebili onde.
Ch' amor', e ſdegno da begli occhi ſtilla,&c.
Ibid. in oct.138.
Si parla, e prega, e i preghi,&c.
Proprietates manſuetudini ſunt: res aliorum humanitèr intueri: aliorum amore capi: de alijs percontari, illorumque actiones audire libenter. quando quis conſcius eſt ſuæ ſinceritatis, & ſe vilem, noxiumque fatetur. non permittere, vt alter iniurias patiatur: alios afficere honore, Illiſq. ſeruire aliorum bonorum nul-
lam

lam fouere cupiditatem: quãdo quis rerum ſuarum contentus eſt opibus. nulla ambitionis, aut auaritiæ cogitata nutrire. alienam ab iniquitate mentem oſtendere. animum declarare gratum, & obſequentem. ab omnibus actibus abhorrere, cum pietatem non redolent deſiderium pacis, & fœderis. obliuiſci læſiones, & inimicitias: neque indignationem, neque odium retinere. nemini velle præferri. omniũ miſereri. omnes excuſatione cenſere dignos. appetitus compeſcere immoderatos. lætitiam, & prudentiam habere comites. petere ab eo, quem alloquimur, nomen, conditionem, & genus. alteri præbere dexteram, & fiduciam.

Virg. in lib. 1. Aen.

Non nos aut ferro Libycos, &c.

In 2. Aen. ---& genua amplexus, genuſq. volutans Hærebat.

In 3. Aen. Si quando Tybrim, vicinaq. Tybridis arua, &c.

In 7. Non erimus regno indecores, nec veſtra feretur Fama leuis, &c.

Ibid. Nam mihi parta quies, &c.

In 8. Miratur facileſq. oculos, &c.

In 12. Nõ ego nec Teucris italos, &c

Ibid. Olli ſedato reſpondet,&c.
Taſſ. in can.1. in oct.18.
Non ch' il vederſi à gli altri, &c.
In can.6. in oct.57.
Mà fulle in guiſa allhor, &c.
Ibid. in oct.68.
Ella l'amato medicar, &c.
Ibid. in oct.76.
Deh ben fora à l'incontro,&c.
In can.7. in oct.9.
Nè gli auidi Soldati à preda,&c.
In can.12. in oct.26.
S'immacolato è queſto cor,&c.
Ibid. in oct.33.
Mà ſendo io colà giunto,&c.
In can.16. in oct.52.
Armida aſſai mi peſa Di te, &c.
In can.18. in oct.2.
Ogni triſta memoria homai,&c.

Inſtrumenta manſuetudinis ſunt: aſpectus, lætitia, nouitas, conſideratio, formoſitatis, & amabilium morum. alterius laborum, curarumque cognitio. ſonus, cantus, ſomnus, aurum, gemmæ, munera, voces languẽtes,& humiles,fames,ſitis,ærumnæ, & incommoda.

Virg.in 4.Georg. Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.

In 4.

In 4. Aen. Somno poſitæ ſub nocte ſilenti. Lenibant curas, &c.
In 6. Troius Aeneas pietate, &c.
Taſſ. in can.12. in oct.66.
In queſte voci languide, &c.
In can.13. in oct.61.
Vedi le membra de guerrier, &c.
In can.14. in oct.66.
Mà quando in lui fiſsò, &c.

Manſuetudini locus non eſt, cum diuina lex non permittit: cum religio, læditur: cum neceſſitas inhibet: hic effectus abſolutè cum pueris, mulieribus, & ſenibus plerumque commoratur.

Virg. in 3. Georg. Viamque inſiſte domandi. Dum faciles animi, &c.
In 4. Aen. —ſed nullis ille mouetur fletibus, &c.
Taſſ. in can 5. in oct.57.
Anima non potea, &c.
In can.12. in oct 20.—poiche ritroſa
Si la tua mente, &c.
In can.16. in oct.62.
Hor che farà? dee, &c.

Eloquio graui, venuſto, & ornato Manſuetudinis coaleſcit oratio. terræ parentis aſſequuta naturam, geſtit denſitate ſententiarum, induta dimi-

cautionis amictũ gaudet obſcura videri, & ius ſuum vnicuique cedendo aſſeuceranter firma quieſcere gloriatur. abhorret à raritate troporum, à faſtu luminum diſcrepat, frequentationiſque, Energiæ, & incrementi reſpuit motum.

FORMVLA.

CEcidimus, Domine, in retiaculo mortis, perdidimus lucem. iræ tuæ meruimus impetum: tuam prouocauimus manum ad fulmina: iniquitates concepimus, & propemodũ infinita peperimus ſcelera: amori non reſpondimus tuo, & animi ingrati ſemper increbuit vitium: à ratione deflexímus curſum: nobiſmet ipſi diſſenſimus, auerſam à bono demonſtrauimus mentem, alienũ adhibuimus à ſalute conſilium. Noſtros fatemur errores, ante oculos tuos noſtras ferimus culpas. Pepercimus laborando gemitibus, & ſtrata noſtra non rigauimus lachrymis. Aegrorum ſi cura te tangit, ægri nos ſumus, & opem ſuſpiramus tantũmodò tuam.

ſi

Digitized by Google

ſi dicis tibi delicijs eſſe, cum filijs hominum, ne dedignare ab illis vocari. Pater. Parce pœnæ, Pater, parce piaculis, apparatus depone furoris, vltionum, pœnarũ obliuiſcere nomina miſericordiæ antiquæ renouetur memoria. Non eſt nouum, vt erga reos videaris miſericors, & ſuauis: frequens res eſt, vt propter pœnitentiam hominum peccata diſſimules. Corda noſtra iam turbatā ſunt valde: pœnitet nos à tuæ gratiæ ſtatu toties abſceſſiſſe, & ſenſibus obſequendo vitæ durioris iniurias toleraſſe. Conuerte nos, Domine, ad te, & conuertemur, innoua dies noſtros. Manus tuæ nos produxerunt ad auras: operum miſerere tuorum: hæreditatis tuæ pars ſumus, tuam ne reſpue hæreditatem. Parce, Domine, parce ſi telorum in nos excitas tempeſtates, cõtra folia, quæ ventis rapiũtur inanibus, oſtendis potentiam, ſtipulas perſequeris ſiccas. Exaudi vocem lachrymarum noſtrarum, & humiles ne deſpice mentes. Vt noſtram tuearis cauſam, Aduocati ſuſcepiſti perſonam. Vias iuuẽtutis, quæ rimatu difficiles ſunt,

Digitized by Google

ne meditare: iniquitates dele, delicta obliuioni committe. Multitudinem tuarum miſericordiarum numeramus cum ſtellis: tuarum copiam gratiarum cum arenis metimur.

ALIA FORMVLA:

Semper erimus, Mortales, in motu? tranquilla ſemel noſtrā mentem otia non tenebunt? cœlũ ſerenat poſt nubila, vndæ poſt fluctus ſubſidunt: poſt alluuiones campi purpuraſcunt, & rident: poſt labores armenta componuntur ſub vmbra: poſt ventorum inſultus puppis coronata requieſcit in portu: ferrum ipſum poſt cædes, & ſtrages furorem ſuum ærugine tegit, & ſepelit. Animus tantũ: modò noſter tempus in omne tumultuabitur, cupiditatibus increbreſcet, falſis rerum imaginibus agitatus inſaniet, & in vanitatem aſſiduè coaleſcet? Heù tradatur obliuioni affectuũ effręna licentia? cõcedatur affectibus, quod poſcit æquum, non quod ſuadet conſuetudo? Conſuetu-

ſuetudo ex aliena pendet opinione, & alienę qui viuit addictus opinioni, infelix, & miſer eſt. Ametur compoſitio morum, illa dumtaxat expers publicæ, priuatæq. curæ tranquillitas expetatur. felicitati finitimus, Deo proximus eſt, qui nulla affectuum ſeditione concutitur. Placeat iam intra domus anguſtæ parietes humanitatis coercere delicta. animus ſibi tantum intentus externa non curet. O quàm proderunt noctis amica ſilentia! quam ab Oriente iucunditatem afferet Sol! Scimus Deum manſuetorum dirigere greſſus, & manifeſtare mitibus ſolùm inerrantiū argumenta viarum. Scimus eſſe comitem innocētiæ manſuetudinem, temporum non ſubdi difficultatibus, nec veniente, nec recedente fortuna mutari. Manſuetudo locum Fortunæ non dat, ſuorum euentuum interpretationem à Fato non accipit. Tuta eſt, libera, indemnis, nunquam indiget, nunquam frangitur, nil aduerſum offendit, contra opinionem nil audit. ſi neceſſitatis vinculo cogitur, non eſt triſtis: ſi fulget decorata co-

ronis, animoſa non eſt. Dulcis eſt, & abundat illecebris. grata eſt amicis, inimicis mitis, & facilis: rogatis occurrit, leſiones exorata cōdonat. Huic virtuti virtutū reginę pectora noſtra, Mortales, obſtringamus Deuota: penes hanc vires amittunt iniuriæ, dura molleſcunt, anguſta laxantur, oneroſa leuantur. hac tantum ſalua ſemper æqualis eſt animus, perturbationi non ſubiacet, ſecundo graditur curſu. Hanc obſeruate fideliter, reuerenter hanc colite. Enitimini ne veſtras mentes vnquam occupet furor, & cogitationū deperdatur amęnitas. aberrat ab humanitate, cum humanus homo non eſt, immò communem cum feris naturam induit. Ferarum eſt furere, mordere, crudeſcere. Cuius præcordia occupat lenitas, nullos ille metuit caſus, fortuitis non vrgetur, inter diuerſa vnus, & idem eſt; concipit amorem, & parturit charites. E cœli temperie demanat frugum vbertas, temporum felix viciſſitudo, viuentium incolumitas, terrarum omnium ſalus. Boreas vbi nymborum impetu ruit,

&

Digitized by Google

& fulmina iactat, captiua gelu prata non germinant. Sirius vbi furore bacchatus euomit flammas, Vniuerſi moles areſacta langueſcit.

DE MISERICORDIA.

MIſericordia ex coitu Manſuetudinis, & Doloris generatur in intellectu, excitat iura naturæ, inhæret tabulis legum, fortunæ non innititur rotæ, amoris nō vtitur alis. Terreum ſortita eſt temperamētum, latitat in viſceribus terræ, theſauris nō cedit, humanitatis vitia corrigit. Si manum extendit ad opem, eſt virtus: ſi duntaxat tædio cruciat cor, infirmitas animi eſt. Niſi comitem ſecum ducat magnificētiam vilis eſt, & plebea: niſi tutricem ſui iactet innocentiam, non eſt tuta. Auxiliatrix eſt omnium, neceſſitati contraria, religioni dilecta. Stantibus, ſi ceciderint, minatur pœnam: lapſis, vt ſurgant, exhibet ſpem. Amica cōſtantiæ eſt, veritatis cognata, ſalutis præſidiū, miſeriæ portus, egeſtatis ſuffragium,

Digitized by Google

gium, flos animæ, virtutum omnium ornamentum. Incus eſt, quæ malis icta non frangitur: Cedrus, quæ ſpargit vndique odores. Dignis prompta, non vocata fatigatis occurrit. Neſcit verborum adhibere circuitum, & lachrymis loquitur, & eò dulcior eſt, quò lachrymis amarior manat oratio. Habet ſuos impetus, & ab ignibus euadit illæſa, & enſes, & tela non timet. Deſcendit ad numeros rationis, figurarum imagine rapitur, cōcentuum ſuauitate ligatur. Aſcendit ad diuinæ naturæ conſortium, animæ locupletat ærarium, & æternam præparat vitam. Cum flammeſcit, Dei ſpiritu agitur: cum bacchatur vino, quòd germinat Virgines, ebria eſt. Seculi deſideria odit, laboribus non vacat inanibus, Mundi paruipendit ærumnas, rectitudinis ſemitas currit, & curſus ordinem ſeruat. Induit aliquando perſonam inſaniæ, & diuinam fouet in pectore Sapientiam. Gaudet videri ſtulta, cum doctrinam è cœlo didicerit. Res omnes ad miſerationem componit, & pro miſeratione prætioſam prodigit animam, ſubſtantiam proij-

cit vniuerſam, & operoſa fructibus honoris, & honeſtatis adhuc inuitò decorata fulgeſcit.

De hac diſſerit Ariſt. in 2. Rhet. cap. 8. Ἔστω δὴ ἔλεος, λύπη τις ἐπὶ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ, καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, ὃ κἂν αὐτὸς προσδοκήσειεν ἂν παθεῖν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινά, καὶ τοῦτο, ὅταν πλησίον φαίνηται.

Sit miſericordia quædã in eo malo; quod videtur habere vim interitus, & moleſtiæ afferendæ, eius, qui ſit eo indignus, quod ipſe etiam expectet ſe paſſurum, aut aliquem ſuorum, idque cum propinquum appareat.

Cauſæ Miſericordiæ ſunt: Preces, nobilitas, diuitiæ, æquitas, amor, fides, ſexus, fortuna, parentes, filij, vxor, religio, patria, promiſſiones, dona, humanitas, ſilentium, modeſtia: Iachrymæ pulchri vultus: amantium verba dulcia: humilitas, & abiectio perſonæ precantis: deſcriptio circumſtantiarum mortis, aut cuiuſcunque calamitatis, repentinus intuitus perſonæ dilectæ: amicorum abſentia: aut illos amiſiſſe errore viarum inter pericula; aut illos inter anguſtias, &

ærumnas inuitè liquiſſe: eandē agnoſcere patriam, & idem genus. iuſto metu, coactus deſerere patrios lares. pro ſui ſalute, aut vita aliquem non precari, ſed pro innocentia, pro fama, pro anima. aliquem ita curis oppreſſum aſpicere, vt illi vlla ſpes non ſuperſit, quam deſperatio. nullum inuenire fiduciæ locum. in omnibus experiri defectum amoris, & fidei. vndique ſpirare minas, opprobria, cruciatus, & mortem. rebus aduerſis ſyderum diſpoſitioni cōformare conſilium, & acquieſcere, cum aliorum cōcidat caſu, cum ruat ruente patria. aliquos intueri aſpectu decoros, ſed infelices, aliquem exprimere tacito, & ſupplici gradientem inceſſu, demiſſis oculis: qui quantumuis ſit fortis, viribus inimici reſpondere non cenſeatur. propè adeſſe vltimam patriæ fortunam, quę ſenes, & adoleſcentulos ad laborem extremum appellet. aſſerere animum pium crudelibus actibus non maculandum: infelicibus, & vita carentibus ignoſcendum eſſe. exteris, & ab origine infidis Virginem, aut innocentem committendam non decere: monita co-

eorum, qui noſtris cruciantur laboribus, & periculis non eſſe temnenda. Enumerare iniurias, contumelias pro alio toleratas: proditiones, calamitates, quas ſuſtulit. demittere vultum, & loqui ſubmiſſa voce: morte peremptis inuidere, qui nullo diſcrimine ſuos reddiderunt cineres patriæ, neque ſeruitutem, neque ſuperbiam dominorum experti ſunt. fateri ſe victum, & obnoxium morti. ius ſuum humiliter cedere, & veterum parentum exponendo dolorem, precari, vt odijs non tendat vlterius. pietatem ab eo petere, cui reflantis fortunæ nota ſunt tempora. Se promulgare præ cunctis infeliciſſimum, & de Fatorum violentia conqueri. indicare adhuc inſenſibilia pietatis affectu commota, amplificare rogatī clementiam. eius, pro quo rogatur, exaggerare virtutem, & merita; offerentiſque petitiones, & preces dignitatem augere. Infelix excitat pietatis affectum, cum alteri gratulatur, qui laboribus, & incommodis metam poſuerit, cum demonſtrat deinceps non manere infortunia, non alia pelagi ſpatia peragranda, neque alios

terra-

Digitized by Google

terrarũ ſines petendos, partã adſuiſſe quietem, rerumque ſperatarum cogitationes eſſe completas.

Virg. in 1. Aen.

O Regina nouam, cui &c.

In 2. Aen.

Quod te per Superos, & cõſcia numina veri &c.

Ibid. Heũ quæ nunc tellus, inquit; quæ me æquora poſſunt &c.

Ibid. Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam, &c.

Ibid. Ecce autem complexa pedes in limine coniux &c.

In 3. Aen. Eloquar, an ſileam, gemitus lachrymabilis imo &c.

Ibid. Tertia iam Lunæ &c.

Ibid. Deiecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt &c.

Ibid. Viuite felices quibus eſt fortutuna peracta. Iam ſua &c.

In 7. Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris &c.

In 9. Vt ſtetit, & fruſtra abſentem reſpexit amicum &c.

In 10. Ille aſtu ſubit, ac tremebunda ſuperuolat haſta &c.

Ibid. -- Hinc Pallas inſtat, & vrget Hinc contra Lauſus &c.

In

In 11. ---ſimul his dictis liquebat habenas Ad terram non ſponte fluens &c.

In 12. At verò Rùtulis impar ea pugna videri &c.

Ibid. ---incipit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus, &c.

Taſſus in can.2. in oct.43.

Pur maggior ſente il duol &c.

In can.4. in oct.36.

Coſa vedi, Signor, non pur mortale &c.

Ibid. in oct.61. à te rifuggo, ò Sire &c.

Ibid. in oct.70.

A quel parlar chinò la donna &c.

Ibid. in oct.83.

Hor che non può di bella donna, &c.

In can.7. in oct.16. --- ò fortunato, Ch'vn tempo conoſceſti &c.

Ibid. in oct.19.

Souēte allhor che sù gli eſtiui &c.

In can.9. in oct.84.

Et al ſupplice volto &c.

In can.11. in oct.26.

Mà chiama ancora à le fatiche eſtreme &c.

In

In can.12. in oct.6.
Mà s'egli auuerrà pur &c.
Ibid. in oct.19.
E ſe n'affligge: e per lo crin &c.
Ibid. in oct.26.
S'immacolato è queſto cor &c.
Ibid. in oct.66.
Amico hai vinto &c.
Ibid. in oct.69.
D'vn bel pallore hà il bianco &c.
In can.13. in oct.42. ---ahi troppo, diſſe,
M'hai tu, Tancredi, offeſo &c.
In can.14. in oct.21. --- O principe clemente &c.
In can.17. in oct.26.
Ne te Altamoro &c.
In can.19. in oct.93.
Inuitto vincitor
In can.20. in oct.122.
Ben rimirò la fuga &c.

Signa Miſericordiæ, aut perpenduntur attenta perſona rogantis, & ſunt, humilem, & ſupplicem ſe præbere, præcantem protendere dexteram, rogati genua amplecti, caput, & pectus percutere, vultum præferre lachrymabilem, & anhelantem; iungere palmas, oculoſque ad cœlum attol-

attollere, poſcere exclamando pietatem. aut perpēduntur attenta perſona rogati, illius ſcilicet, qui ad pietatem excitandus eſt,& ſunt,precationum non expectare periodum, & in ſignum beneuolentiæ porrigere manum,rorantes lachrymis oſtendere oculos, ſuſpiria effundere, dulciter loqui, preces audire,mitem conuertere obtutum, leniter, & amabiliter fari, & in aliorum caſibus, & laboribus dolore turbari.

Virg. in 2. Aen.

Ecce autem complexa pedes &c.

Ibid. Ad cœlum attollens ardentia lumina &c.

In 5. Ni Palma ponto tendens &c.

Ibid. --eumq. imis ſub fluctibus audijt omnis Nereidum &c.

In 7. Siluia prima Soror palmis percuſſa lacertos &c.

In 10. Et genua amplectens &c.

In 12. Ille humilis, ſupplexq. oculos &c.

Taſſus in can.13. in oct.70.

Deuotamente al Rè del mondo chiede &c.

Ibid. in oct.72.

L'accolſe il Padre Eterno &c.

In

In can.16. in oct.40.

Allhor riſtette il Caualiero &c.

In can.17. in oct.26.

Pianſe, e percoſſe il biondo crine &c.

In can.19. in oct.93.

Inuitto vincitor, pietà &c.

Ibid. in oct.94.

Egli la ſua porgendo &c.

Effectus Miſericordiæ ſunt: victum affectu nequire loqui, dubitare, querere, timere, flecti, & miſericordem effingere vultum, miſereſcere, aliorum infortunia deplorare, deficere; non poſſe languentis nec aſpicere lachrymas, nec audire ſuſpiria. ægrè referre, & cũ animi cruciatu in mentem reuocare aliorum exitia. ſuum cor rigoris arguere, cum non diſſoluatur in fletum. de duritiæ fateri ſe reum, & perennibus lachrymis dignum, ſi cum cauſa poſcit, non molliatur. lætitiam è vultu depellere, exuere caput ornatu, nudis pedibus humum premere, in diſceſſu oculos lachrymis madefactos cõuertere ſæpenumero ad patriam, vel aliud ſubiectum amoris, nec vnquam amatæ rei poſſe expleri conſpectu: pedes

iiui-

inuitos expendere greſſus, furoris impetum intermittere, aduerſa abolere, & proſperioribus annis perpetuas ſancire felicitates.

Virg. in 1. Aen. --tu quoq. magnam
Partẽ opere in tanto (ſineret dolor)
Icare haberes &c.

In 3. Aen.
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur &c.

In 11.
Heù nimiùm Virgo, nimium crudele luiſti &c.

Taſſ. in can. 2. in oct. 43.
Clorinda intenериſti &c.

In can. 3. in oct. 7. & 8.
Nudo ciaſcuno il piè &c.

In can. 4. in oct. 56.
Mà pur' indietro à le mie patrie, &c.

In can. 13. in oct. 45.
E dentro il cor gli è in modo &c.

Ibid. in oct. 73.
Habbia ſin quì ſue dure &c.

In can. 16. in oct. 60.
Chiudeſti i lumi Armida &c.

Proprietates Miſericordiæ ſunt; comitem habere timorem, obrigeſcere, frigore contrahi, viribus audere

re maiora, decipi. in pectoribus nobilium deſidere non poſſe, igne ſuo ſpicula amoris cudere, & mentis enecare tranquillitatem.

Virg. in 3. Aen. --vt me conſpexit
venientem

In 10.

Quò moriture ruis? maioraq. &c.

Taſſ. in can. 4. in oct. 65.

Mà d'altra parte in lui &c.

Ibid. in oct. 90. E in foco di pietà &c.

Inſtrumenta Miſericordiæ ſunt: preces, exclamationes, lamenta, clamores, palleſcere vultu, ſuſpirare, gemere, lachrymari, dilacerationes veſtium, genarum, & comarum. humilitas, debilium virium confeſſio, innocentiæ demonſtratio, ſpes, memoria parentum, religionis, & cultus diuini. imago patriæ profligatæ, & triſtis aſpectus familiæ, totiuſque domus labentis.

Virg. in 9.

Euolat infelix, & fœmineo &c.

In 10.

Per patrios manes, per ſpes &c.

In 12. Adiuuat inceſſu tacito &c.

Ibid. ---miſerere parentis Longæui, quem nunc &c.

Taſſ.

Taſſ. in can.4. in oct.61.

E queſto pianto, ond'hò &c.

In can.9. in oct.84.

Et al ſupplice volto &c.

In can.20. in oct.25.

L'imagine ad alcuno in mente &c.

Indulgere rigori, & abhorrere à pietate fas eſt, cum pietas erga homines in Dei contemptum produceretur. quando delictorum exceſſus adyta lænitatis præcluſit; quando neceſſitas vrgens non ſinit. remouetur duritie mentis, indignatione, oculos auertendo, & ab occaſione animum abducendo.

Virg. in 4. Aen.

—Ille Iouis monitis immota tenebat. Lumina &c.

In 10.

Argenti, atque auri memoras &c.

Ibid. --Morere,& fratrem ne deſere frater &c.

Taſſ. in can.2. in oct.37.

Ei preſentillo, e ſi ſdegnò &c.

In can 4. in oct.69.

Hor mi ſarebbe la pietà men pio, &c.

In can.12 in oct.20.---poiche ritroſa Sì la tua mente &c.

In

In can.16. in oct.61.

Hor che farà? dee sù l'ignuda &c.

Quoties rei miſerandæ ex toto, & ſumma cum venuſtate deſcribetur imago, Diſtributionis, & Enumerationis non deerrit adiumentum, Cõceſſionis, & Excuſationis claritas effulgeſcet, Interrogationis, Dubitationis, Conuerſionis, Comparationis, Differentiæ, Præciſionis, Diminutionis, Breuitatis, & Exclamationis radiabunt colores, victoriæ laudem ſtatim Obſeruatio referet, & animos omnium miſeratio flectet.

FORMVLA.

Triſtis, abiectus, proſcriptus, opibus, valetudine, nomine deſtitutus, è lacu miſeriæ clamo, & qui ſuper hoc caput aſpergat cinerem, ne quidem amicum in terris inuenio? Plenam mœroris cum maximo cruciatu nunc vſurpo lucis vſuram, & maiorem triſtitiam animus præſentit in poſterum commiſſorum mihi perpetuus obuerſatur ante oculos timor, & ad luctũ vocor aſſiduè.

quid

quid faciam miſer? in tot rerum anguſtiijs nihil pietati relinquitur loci? oculos ad cœlum attollam, & dicam Deo, peccaui, noli me condemnare? iniquitatem aqua potaui, ne in furore tuo corripias me? homini familiare peccatum eſt: concipitur in criminibus, inter delicta progignitur, verſatur in noxis: induta eſt caro putredine, & quacunque in die deficere ſepties cogitur in exitium adhuc non ſpontè ruit, & legem in ſenſibus legi mentis contrariam experitur. Hominis iniquitatum ne memineris Domine? nullus hominum ante oculos tuos flagitijs vacat? neque cœli in conſpectu tuo ſunt mundi, coram te Stellæ caligant, & Luna nō ſplendet. Stellæ, Luna, & Sol obliquum quotidie peragrant circulum, & vicibus tantum duabus in anno Sol incedit æqualiter. non eſt, qui faciat bonum, ſi in Angelis quoque reperis prauitatem. Ergo deſine ab ira, derelinquere furorem. Vide humilitatem, & dimitte facinora: intuere laborem, & largire amplitudinem gratiarum. Memento Domine vitā hominis eſſe ventum: ventus errans, & exlex eſt.

Me-

Memento Domine carnem hominis, herbarum oleri comparari: olus herbarum corruptioni cognatum eſt. Pauper nimis eſt homo. Niſi tu, Deus, in ærumnis adornaueris opem, ſalus hominis vana eſt. Miſericordiæ tuæ, quæ abhorrent à numero, erranтē anticipent hominem. ſi gaudes vocari miſericors, & ſuauis, & ſolium habes in miſericordia præparatum, ſi in perpetuum iraſci non ſoles, & hominum cuſtodem eſſe te iactas, miſerationum tuarũ reminiſcere Domine, reminiſcere miſerationum, quæ à ſæculo ſunt. Cui nam refectionis aqua ſeruabitur, ſi aquam fellis potamus in terris? cui nam paſcuæ locus pateſcet, ſi populus tuus nutritur abſynthio? Eſſe ſcio apud te gratioſum ſolummodò nomen hominis; omnes ſaluos vis fieri, ſi in libro tuo ſcripti ſunt omnes. Ades eia cunctis deſideratus, oſtende faciem, affer benignitatem, conuerte luctum in gaudium, noli tardare, pręcipita moras. vt miſearis, expectas; vt ſuccurras, es velox. regionem æthercam ideircò feciſti fluidam, vt ad nos tua dona celerrimè fluerent.

DE

DE
INDIGNATIONE.

INdignatio virtutis eſt Cuſtos, optimi ſuadela, liuoris inſcia, rectitudinis conſcia: in corde magnanimi ſedem habet, iuuenilibus ſemper increbreſcit ingenijs, & ætatum non langueſcit iniuria. acrimoniæ pabulo veſcitur, vehementiæ flammeſcit ardore. permeat inſaniæ greſſibus, ſed charitatis luce progreditur: perſtrepit iracundiæ vocibus, ſed in improbitatem non cadit. agitatur ab impetu, à conſilio tamen aliena non eſt. moras, niſi prudentiæ, alias non admittit. tumet, ſed non ſuperbit: minatur, ſed non interficit. Quicquid ſuggerit furor, rectum non putat. Ignis naturam induit, & diù in pectore clam ſeruari non poteſt. agit palam, quod agit, inſidiatrix non eſt. dependet ab illo caloris æſtu, quem vibrat Sol: vitiorum corruptelæ reſiſtit, & in Martem non tranſit. ambulantes in tenebris nequit aſpicere, ad viam lucis omnes violenter inuitat, indignorum

reſpuit vilitatem, & amore excellentium rapitur. Docet ab Auerni Chao non trahere originem, & confuſionem non affert: à ratione mutuatur aſperitatem, veritatis illecta ſplendore errorum vmbras non timet. abhorrens eſt à vindicta, & ſolum ad libertatem aſpirat. Seruitutis execratur catenas, & in ſupercilio prægerit maieſtatem. Turbatum explicat vultum, cum ſerenitatis indigam eſſe ſe noſcit: Luminum defectus ſine ſtrepitu meditari non valet. Si criminum vmbras aduertit, latrare cogitur. Nunquam inutilis eſt, cum à ratione non diſtat: ſi modum adhibet, leuat: ſi menſura non vtitur, præcipitat mentem. Cum examinatur ab igne perfectionis, aperte demonſtrat ignem carere excrementis in centro. Flagrare cœpit in horto deliciarum illicò nata culpa. Vbi deſijt tranquillitas innocentiæ, procellarum turbatio conſurrexit: deficiente morum ſerenitate, ſeueritatis horror erupit.

Docet hanc Ariſt. in lib. 2. Rhet. cap. 9. & inquit, Ἀντίκειται δὲ τῷ ἐλεεῖν, μάλιςα μὲν, ὃ καλοῦσι νεμεσᾶν

στῶν. τῷ γάρ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις, κακοπραγίαις, ἀντικείμενόν ἐστι τρόπον τινά καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἤθους τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις εὐπραγίαις, καὶ ἄμφω τὰ πάθη, ἤθους χρηστοῦ. Et in lib.1. magn. mor. cap.28. ἔστι δὲ νέμεσις περὶ ἀγαθὰ, ἃ τυγχάνει ὑπεράρχοντα ἀναξίῳ ὄντι, λύπη τις. Eſt autem indignatio quædam ægrimonia de bonis, quæ indigno alicui aliquo pacto euenerunt.

Cauſæ Indignationis ſunt: iniquitas, iniuria, operum demiſſio, pudor, amor, cõſcientia, animaduerſio ignobilitatis, aut metus indebiti, libertas, nobilitas, fruſtratio fidei, & deiectio ſpei.

Virg. in 2. Georg.

Tum Pater omnipotens aliquem indignatus ab vmbris.

In 2. Aen. ---Inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi &c.

Ibid. Scilicet hæc Spartam incolumis &c.

In 5. Hi proprium decus, & partum indignantur honorem &c.

Ibid. At non tardatus caſu &c.

In 12. Quod Venus audaci Nymphæ indignata licere &c.

Ibid. Obſtupuit varia confuſus imagine &c.

Taſſ. in can.2. in oct.

Coſtei gl'ingegni feminili &c.

In can.5. in oct.42.

Difenda ſua ragion ne ceppi &c.

Ibid. in oct.64.

La bella donna, ch' ogni cor &c.

In can.6. in oct 3.

E inſino à quando ci terrai &c.

Ibid. in oct. 5.

Io per me non vuò già &c.

Ibid. in oct.15.

Ch'vn Caualier, che d'appiattarſi &c.

In can.7. in oct.60.

Al ſilentio, à l'aſpetto, ad ogni ſegno &c.

In can.8.in oct.7. --E ſentia in parte Sdegno, e vergogna &c.

In can.20. in oct.87.

Reſpirando riſorge in ſpatio poco &c.

Signa Indignationis ſunt: exardeſcere, vultum portendere grauem, & triſtem: oculos incendere, & audaciæ colore genas imbuere, ſemetipſum non capere, nullo quieſcere loco, emittere ſcintillas è facie, præ indi-

indignatione tumefieri cor, & per intuitus, & per verba furorem erumpere.

Taſſ. in can.4. in oct.74.

Quì tacque, e parue, ch'vn regale ſdegno &c.

In can 5. in oct.23.

Al ſuon di queſte voci arde Io ſdegno &c.

In can.8. in oct.17.

E magnanimamente i lumi, e'l volto &c.

In can.10. in oct.56.

Sol con la faccia torua &c.

In can.19. in oct.126.

--- e'l giouinetto in volto
Tutto ſcintilla &c.

Effectus Indignationis ſunt: impatientia, alios exiſtimare vanos, & arrogantes: alterius virtutem, & animi firmitatem nominare temeritatem, veſaniam, & furorem. iniquis artibus obumbrare verum, ingemere, dolere, conqueri de alijs: in operibus eſſe velocem, fieri difficilem, & moroſum. In cœlũ querelas effundere. quicquid non oleat gloriam, & laudem, contemnere. reſpuere ſeruitutem, & omnes actus abiectio-

 nis,

nis, reſpectus conſuetos deſerere, in medio riſu fulgurare ſcintillas furoris.

Virg. in 2. Aen.

Non tulit hãc ſpeciem furiata &c.

Taſſ. in can. 5. in oct. 23.

Ciò che di reprenſibile; e d'indegno &c.

Ibid. in oct. 42.

Sorriſe allhor Rinaldo &c.

Ibid. in oct. 56.

Ma s'egli ſtà ritroſo &c.

In can. 6. in oct. 2.

E in sì fatto appareçchio &c.

In can. 7. in oct. 26.

Geme cruccioſo &c.

Ibid. in oct. 34.

Di ſanto ſdegno &c.

Ibid. in oct. 48.

Non riſponde, ma preme il guerrier forte &c.

Ibid. in oct. 75.

-- à quella voce s'accẽde, e l'onte
Sofferir non puote &c.

In can. 11. in oct. 41.

Non di ſangue plebeo &c.

Ibid. in oct. 52.

Così guardaua, e già ſentiaſi il core &c.

In

In can.16. in oct.34.
Ma poiche diè vergogna à ſdegno loco &c.
In can.19. in oct.15.
Fra lo ſdegno Tancredi &c.
Proprietates Indignationis ſunt: obſcurare intellectum, aſpectum perturbare excitare vires, admirationē, confuſionem, in principio loquelæ ſermonem abrumpere, cruciari, corrodi, inflammari ſpiritibus, ferueſcere cor, & fines pectoris recuſare.
Virg in 12.
Obſtupuit varia confuſus imagine rerum &c.
Taſſ. in can.10 in oct.6.
Roſo gli è 'l petto, e lacerato &c
In can.12. in oct.43.
Lor s'infiamman gli ſpirti &c.
Inſtrumenta Indignationis ſunt: Sermo ſuperbus, & mordax, reprehenſibile, & indignum.
Taſſ. in can.10. in oct.10.
Ne il mordace parlar &c.
In can.12. in oct.62.
Arſe di ſdegno à quel parlar &c.
Flectitur Indignatio lachrymis, voce ſubmiſſa, humilibus verbis, languenti vocum articulo, aſpectu

pulchro, graui, & honeſto.
Virg. in 2. Aen.
His lachrymis vitam damus &c.
Taſſ. in 2. can. in oct.20.
A l'honeſta baldanza &c.
In can.12. in oct.66.
In quelle voci languide &c.

Ex omni dicendi genere fluit ad hunc affectum oratio: ſed præcipuas in illo ſibi vendicat partes ſtylus vehemens, & admodum concitatus. vndique in ipſo ſcintillet hyperbole, vario apparatu conſurgat irriſio, diuerſo colore exardeſcat aſſeuerantia. potentiores exerceant vires Deſcriptio, Diſtributio, & Enumeratio. iactent tela, & ſagittas Interrogatio, & Reticentia: Euertant machinam omnem Comparatio, & Denunciatio.

FORMVLA.

ASpicimus vitæ principem actum à lachrymis inchoari, ſubflore propemodum cunctas areſcere res, ſudoribus dies omnes immergi, ſub ampliſſimo ſpei velamento ærumnas abſcondi perpetuas, & adhuc, culpæ,

malo-

malorum origini, & fonti gerimus morem? totum ergo vitæ curriculum delictis, & facinoribus conſumemus obnoxij? accuſabimur ſemper ignauiæ? nunquamne conſcia rectitudinis æſtuabit in noſtro pectore virtus? nullo tempore furijs agitatus in ſedibus noſtræ mentis tumultuabitur virtutis amor? Eia tandem furoris ſumatur calix, indignationis virga ſemel aggrauet manus, bibamus violentiæ ſpiritum, agamus viriliter. Non amplius prata pertranſeat roſis coronata libido? vitiorum famulatu ſtipata ſuperbia non tendat vlterius? Triſtia diù ſuſtulimus onera, portauimus ignominiam, obliuionis donati fuimus. Seminauimus triticum, & meſſuimus ſpinas: in vinea laborauimus, & facta eſt vuarum aliena vindemia. cum ſtellis vigilauimus, obriguimus: ſub die ſudauimus, alſimus. ſed noſtrum decus commiſimus alienis, alieni noſtram mouerunt hæreditatem. hucuſque calamitatum influxus: nouum diebus noſtris illuceat ſidus. declinemus à lapſibus, horreamus ruinæ vias: in vmbra mortis inſuper ſedere non placeat. Surgamus,

Digitized by Google

feſtinemus, ſalutis iter curramus velociter. Egrediatur é labijs noſtris vox illa tonitrui, quæ vana mortalium cogitata depellat, diſſipet, deſtruat. Proijciamus à nobis errores, noſtræ dignitatis nõ torpeamus obliti, ignobili vulgo relinquamus inania. Fiat tandem à culpis ad probitatem fortunata traiectio, nullum ſit nobis, in poſterum commune cum culpa. Culpa reſpuit armoniam, concentu allicitur nullo, imitatur indigna, à laudabilibur diſtat: ad miſerias prouocat animum, ad infelicitatem præcipitat mentem.

DE MAGNANIMITATE.

IGnis ab Elemento natale principium ſibi vendicat magnanimitas: immortalitatis character eſt, inſigne lucis æternæ ſemper actiua eſt, ſeipſam ad actionem impellit, ſurſum ſe fert, & nullius indiga claritatem in actibus oſtentat ingenitam: cunctis ſe tradit, & (comprehenſa nequaquam) ſingula comprehẽdit. tendit ad maxi-

ma,

ma, omni tempore creſcit, & diminutionis non ſuſtinet contumeliam. Puri ſibi cóſcia cordis eſt, inſcia fraudis, comes potentiæ, inimica ſuperbiæ: velox, parata, nunquam importuna, nunquam ignaua. beneficiorum eſt memor, iniurarum obliuioſa: quocunque res cedat, animo ſedato, & compoſito ſplendet: nullo opprimitur onere, nullo concutitur turbinæ: aduerſis non mœret, proſperis non extollitur, moleſtijs non tabeſcit, timore non frangitur, deſiderio non exardet, alacritate non deliqueſcit. Omnia negligit: vitæ non parcit, auida laudum mediocritatem non patitur, & vbique parere gloriam cupit. Gaudet incognitis, & occulta latere non poteſt. A Sole trahit originem, & tenebras odit. nihil agit occultè, vel clam: cuncta palam, & appertè. Ambulat in magnis, & non dedignatur humilia: tardum habet inceſſum, grauem vocem, ignitum eloquium, orationem conſtantem, & firmam. Verboſitati non congruit, diſtat ab arrogantia, leuitatem non ſequitur. Spirat grandia, ſed neminem lædit: premit virtute fortunam, & ama-

 bilem

bilem miſcet in operibus faſtum. aggreditur ardua, ſed metitur quod audet: ſcit, quando non cedendum ſit malis: interdum ambigit, cunctatur, quieſcit: interdum rapitur impetu, inſanit, furit, & ſemper eſt prudens, ſemper eſt conſtans: nunquam à propoſito eſt aliena, nullatenus rationis eſt expers. Hanc his verbis ita deſcribit Ariſt. in lib. de virt. & vitijs. Μεγαλοψυχία δὲ ἐστιν ἀρετὴ ψυχῆς, καθ' ἣν δύναται φέρειν εὐτυχίαν, καὶ ἀτυχίαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀτιμίαν, & inferius καὶ τὸ μήτε θαυμάζειν, μήτε τροφὴν, μήτε θεραπείαν, μήτε ἐξουσίαν, μήτε τὰς νίκας τὰς ἐναγωνίους: ἔχειν δὲ τι βάθος τῆς ψυχῆς, καὶ μέγεθος.

Magnanimitas verò, virtus animi eſt, qua ferre fortunam, infortuniumq. nomen, & ignominiam poteſt. Et inferius. (neque voluptatem, neque clientelam, neque poteſtatem, neque victorias eas, quæ certando parantur, mirari: ſed aliquod in animo profundum, ac veluti pondus habere eſt.

Cauſæ Magnanimitatis ſunt: animi, & corporis fortitudo, meriti cognitio, gloria, conueniens, honeſtum,

neceſſarium; veteris virtutis ſeruare viuas in corde fauillas, memoria laudabilium iam peractorum, ſequela, amor, iuuentus.

Virg. in 2. Aen.

---Iuuenes, fortiſſima früſtra
Pectora, ſi vobis &c.

In 8. ---ſunt nobis fortia bello
Pectora &c.

In 9.

Eſt hic, eſt animus lucis contemptor &c.

In 12.

Quam pro me curam geris &c.

Taſſ. in can.4. in oct.15.

Ah non ſia ver, che non ſon'anco, &c.

Ibid. in oct.34.

---ch'audace, e baldo
Il fea de gli anni &c.

In cant.12. in oct.7.

Tù là n'andrai (riſpoſe) e &c.

In cant.13. in oct.34.

Allhor s'arretra, e dubbio &c.

Signa Magnanimitatis ſunt: operum præſtantia, intrepidum, & inuictum oſtentare pectus ad quoſcunq; fortunæ caſus, nec colorem, nec vocem, nec mentem, neque locum mutare,

tare . ruere ad arma, ſe pugnæ parare , incendi, & oculos audaciæ colore tingere. é vultu maieſtatis,& horroris emittere ſpiritus, ſuſpenſa non fundere verba, neque dubiũ in mente verſare.

Virg. in 5.

Talis prima Dares caput &c.

In 8. ---audax,quos rumpere Pallas

Sacra vetat &c.

In 11.

Turne , ſui merito, ſi qua eſt &c.

Taſſ. in cant.8. in oct.14.

Non penſier, non color &c.

Ibid. in oct.17.

Si grida à l'arme &c.

Ibid. in oct.81.

Lampi, e fulgori ardean &c.

In can.10. in oct.39.

Tanto ſol diſſe il generoſo &c.

In can.18. in oct.85.

Il magnanimo Duce inanti &c.

Effectus Magnanimitatis ſunt: offerre ſe periculis, & laboribus ſepoſita verborum multiplicitate paratum , animum patefacere quietis impatientem , concupiſcere nec regnum , nec opes , ſed tantummodò laudem,& gloriam,non remitti, ope-

ra

ra omnia pertractare celeriter, proſperos euentus paruifacere, & animum cuique fortunæ indicare compoſitum; locum in vitæ diſcriminibus affectare priorem, in tranquillitate poſtremum. temnere mortales, & mortem hilaritèr lethum pro laude paciſci: aſpectu, geſtuque ſpirare terrorem, & minas, ab oculis vibrare formidinem, in manibus prægerere mortem; extollere, & quatere vociferando mucronem, & aerem, & vmbram diuerberare.

Virg. in 9.

Turnus, vt anteuolans tardum &c.

In 10. —quid me erepto ſæuiſſime nato &c.

Ibidem. Haud tamen audaci Tumo fiducia.

In 12. —haud quanquam dictis violentia. Turni &c.

Taſſ. in cant. 1. in oct. 10.

Scorge in Rinaldo & animo &c.

In can. 5. in oct. 14.

Nè, purche me la mia virtù &c.

In cant. 6. in oct. 53.

Qual cō le chiome ſanguinoſe &c.

Ibib. in oct. 64.

Ma qualunque mi ſia, nō però &c.

In

In can.8. in oct.19.
E douunq. ne và, ſembra &c.
In cant.10. in oct.13.
A me ſempre miglior &c.
In can.10. in oct.38.
Ch'egualmēte appreſtato ad ogni ſorte &c.
In can.13. in oct.24.
Huom di temerità ſtupida &c.
In can.17. in oct.39.
Nè tornerò, ſe vincitor non torno &c.
In can.18. in oct.4.
Così diſs'egli, e'l Caualier &c.
Ibid. in oct.73.
Ogni riſchio al valor &c.
Ibid. in oct.75.
Hor lancia, ò traue &c.
In can.19. in oct.10.
E ch'è poca vendetta &c.
Ibid. in oct.48.
Le genti cuſtodite inanzi &c.
In can.20. in oct.77.
E in condur loro à morte &c.

Proprietates Magnanimitatis ſunt: multiloquio vacare, & multa peragere, pertinaciter periculis intereſſe, & mortem adhuc inuicti animi obſignare veſtigijs, malis non cedere, ſem-

ſemper vrgere, & nouas ſumere vires; nullo hominum præpediri timore; Dei, & ſuperum dumtaxat concuti metu: animi magnitudinem ad humilia nunquam flectere, ſpe, conſtantia, & cordis ferocitate vexationes, & infortunia tegere; aliud in tumultibus munimen non petere, quam propriæ maieſtatis, virtutis, & veritatis. intra pectoris fines audaciam coercere non poſſe, mentem agitare cogitationibus audentibus, & magnanimis: poſtpoſitis omnibus votorum plenitudinem poſcere, fortunam ſemper ſibi exiſtimare propitiã, conſiliorum nimiam cautionem reſpuere, nunquam infirmari, nec minui, nec frangi; prouidentiam cenſere timiditatem, hoſtium, fraudes aduertere, & tanquam periculis aſſuetum illorum inſidias nihili facere.

Virg. in 2. Aen.

— pulchrumque mori ſuccurrit in
armis.

In 6. — non vlla laborum, O Virgo, noua mi facies &c.

Ibid. Tu ne cede malis, ſed cõtra &c.

In 8. Aude hoſpes cõtẽnere opes &c.

In 9. — me nulla dies tam fortibus
auſis.

auſis . Diſſimilem arguerit &c.
Ibid. Et pulchram properet per vulnera mortem .
In 10. Audentes fortuna iuuat .
In 12. —Non me tua feruida terrent. Dicta &c.
Taſſ. in can.5. in oct.4.
Ma ſe ſtimate ancor, che mal &c.
Ibid. in oct.6,
Si come à te conuienſi &c.
In can.7. in oct.30.
Dubita alquanto poi, ch'entro &c.
Ibid. in oct.112.
Volge il tempo à la forza &c.
In can.8. in oct.21.
Non sò , s' il cor feroce al miſerando &c.
Ibid. in oct.79.
Quali ſtolte minaccie &c.
In can.9. in oct.98.
Come ſentiſſi tal: riſtette in atto, &c.
In can.12. in oct.5.
Buona pezza è Signor &c.
Ibid. in oct.13.
Ben ſempre tu magnanimo &c.
Ibid. in oct.40.
Nè per temenza laſcierò &c.
In can.17. in oct.7.

Fd

Fù perdente, e vincente, e ne l'auuerſe &c.

In can.18. in oct.4.

Ma ne gli atti magnanimi &c.

In can.19. in oct.1.

Già la morte, ò il conſiglio &c.

Ibid. in oct.21.

Cedimi huom forte, ò riconoſcer &c.

Ibid. in oct.73.

--- ò foſs'io ſignor del mio talento &c.

In can.20. in oct.84.

Virtù, ch'à i valoroſi vnqua non manca &c.

Ibid.in oct.107. --pur mentre more, Già non oblia la generoſa vſanza &c.

Ibid. in oct.141.

Colui, che ſin'allhor l'animo grande &c.

Inſtrumenta Magnanimitatis ſunt: ſpirituum firmitas, & alacritas, ſpes, timoris incapax pectus, manus, & arma.

Virg. in 12. Aen.

Et nos tela, pater &c.

Taſſ. in can.19. in oct.23.

Se non teme Tancredi &c.

In

In can. 20. in oct. 85.

Così lor parla: e'l petto nudo &c.

Excitatur Magnanimitas audacia, veteris recordatione virtutis, & cum cogitamus fortunam in animos fortium nullam habere vim.

Cohibetur, cum prudentiæ fines excederet, & conſilijs non acquieſceret, cum ſpes admodum experimur remotas, & periculorũ prope imminentium intuemur incendia.

Taſſ. in can. 16. in oct. 29.

Tal ſi fece il garzon, quando &c.

In can. 19. in oct. 41.

Ou' è Signor la tua virtute &c.

Aſſueſcendo quidem contemnere terribilia, & ſuſtinere ipſa, efficimur fortes: & effecti, præſertim poterimus ſuſtinere terribilia.

Ariſtotel. lib. 2. de moribus, cap. 2.

ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν, καὶ ὑπομένειν αὐτά, γινόμεθα ἀνδρεῖοι, καὶ γινόμενοι, μάλιστα δυνησόμεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά.

Magnanimitatis multiplices excitant ſpiritus illi dumtaxat colores, qui ſtylo congruunt vehementi. ignis naturam magnanimitas olet, ſub ignis imperio ſtylus vehemens numeratur, & ex

& ex elementis, qui ſuimet ſit generatiuus ſolus eſt ignis ἀὴρ μὲν γὰρ, καὶ ὕδωρ καὶ γῆ τὰς εἰς ἄλληλα μόνον ποιεῖται μεταβολὰς φυσικάς. αὐτὸ δὲ αὐτοῦ γεννητικὸν οὐδέν. τὸ δὲ πῦρ γεννᾷν, καὶ φθείρειν πέφοκεν αὐτό.

Hac de cauſa magnanimus omnibus adeſt, nullius eſt indigens, & alienæ ſubijci voluntati non poteſt.

FORMVLA.

Salus mea, lux mea Dominus, quid timebo? Dominus ille, cuius eloquium eſt ignitum, cuius verbo firmati ſunt cœli, cuius indumentum eſt decor, & fortitudo, cuius ſpiritus ſpirat conſilium, & virtutem. ipſe ſolicitus eſt mei, ridebo miſerias: ipſe metum eximit arcu fœderis, ridebo procellas. Si fluit fons Saluatoris, ſitis incõmoda floccipendam: ſi in tabernaculis Domini patet refugium, montes concuſſu non terrent, aquæ pelagi terribili fluctuum ſonitu minitantur incaſſum, procul abi formido, quæ nihil cuſtodis? timor in charitate non eſt: perfecta cha-

charitas foras mittit timorem. Iam ſuperbire fas eſt, fimbrias dilatare iam licet: paulominus ab Angelis diminutus, cunctorum, quæ in mundo ſunt, dominator appellor. dilatatum eſt mihi cor, torrēte voluptatis ſum ebrius. ambulo in magnis, ad cor altum aſcendo, ſequor ſpiritus libertatem, loquor magnalia. Scio fortibus opitulari fortunam, & cum æquitate duntaxat conueniens nihil extimeo, cuncta deſpicio. placet inhiare diuinis, quærere æterna, ita à corpore deſſidere, vt mihi cum corpore planè ſit nihil. compos æternorũ dedignor particeps eſſe fragilium. placet pro hæreditate ſubire litem, pro laude paciſci lethum. delicias in pœnis experior, pretioſamq. exiſtimo mortem. Ingens mihi flagrat in animo vigor: nouus æſtuat mihi in præcordijs habitus. Surgentes iam mihi ſentio affectus in corde gygantes, cœli propugnacula expugnaturos, nec alia, præter amoris offendere fulmina puto. amor regni me tenet, animi celeritas in immenſum intendit: nolo amplius eſſe puſillus. ſenſus humiles, verba remiſſa valete:

audebo fortia, rebus in aſperis non turbabor, rerum difficultate non flectar: prædas moliar, & rapinas: ſcio regnum cœlorũ vim pati,illudq. rapi tantummodò à violentis. in exceſſum abibo, aucupabor beatitatem ab arrogantia. Ipſimet dicam Deo, vt ſuccurrat velociter, vt iuuare feſtinet. petam nimis, & vehementer, & niſi ipſummet Deum adeptus fuero, ſemper fameſcam inſatiabilis: omni tempore conquerar inquietus. fortitudo non cadit à ſpe. clamabo, vociferabor, nihil inauſum, nihil intentatum relinquam, nulli cedam labori, animum verſabo per omnia, & me fortibus auſis nulla dies diſſimilem arguet.

DE METV.

DIdicit humana natura metuere, cum ſenſit ſe nudam: tunc veſtiũ indiguit velamento, cum cœpit chlamide carere innocentiæ. Iraſcibilis partis fœtus eſt metus, principium deſumit ab igne, ſed illicò à ſua radice

dice

Digitized by Google

dice degenerans, tranſit in frigus. Oritur ex delectu caloris, & futuri mali ſuſpicioſus eſt cruciatus: mentem è loco mouet, & rationi non inſidet. poſcit à pudore ruborem, à terrore pallorem: piger, ſocors, exanimis contremiſcit, trepidat, conſternatur: Hoſpes animi ſemper infenſus diuturnitatis cultos non eſt. Excuſationum euadit pater, artium ingenioſus inuentor, rerum iniquus interpres dubiorum peſſimus augur. Nihil aggreditur arduum, nihil molitur egregium: odit inſignia, abhorret à magnis, gloriam ſpernit, laudum præmia flocci pendit, è duplici manat origine. proficiſcitur à natura, & ſilentio venit: excitatur ab aliorū potentia, & ſtrepitu, tumultuq. contingit. illum producit neceſſitas. hunc iniquitas. hic ſegnis, & miſer periculorum turba vallatus, horret ferrum, catenas, & ignes. ille infelix, & cæcus vndique captat argumenta terroris. Vterque triſtis, vterque ſolicitus: neuter laudabilis, fortunæ neuter amicus. Metus, niſi ſanctificet hominem, ſemper eſt malus: niſi delicta duntaxat excludat, ſemper eſt

vi-

vilis. In timore Domini tantum latet theſaurus, cordium inuenitur leuamen, mundi firmamentum adijcitur. Nulla eſt in timore Domini diminutio: timor Domini nullo indiget adiutorio. Gloriæ fons, primordiũ ſapientiæ, prorogator vitæ, benedictionis paradiſus eſt timor Domini. Idcircò animarũ grandium, quæ virtutibus inhiant, eſt nobile frænum: ſeruilium mentiũ, quæ ſordibus obſoleſcunt, ſeuerum flagellum eſt. Illæ concipiunt metũ, & parturiunt ſpem: Iſtæ arguuntur indignitatis, & pedibus addunt alas. Illæ trahunt à timore quietem: Iſtæ confuſionem. Illæ in ſimplicitate cordis timentes actioni non parcunt. Iſtæ imaginibus ſomniorum correptæ voluntatem præmonſtrant ancipitem.

Ariſtoteles lib de virtutibus, & vitijs de metu ſic loquitur. Δειλία δὲ ἐστι κακία τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ἐκπλήττονται ὑπὸ φόβων, καὶ μάλιστα τῶν περὶ θάνατον. Δειλίας δὲ ἐστι, τὸ ὑπὸ τῶν τυχόντων φόβων εὐκίνητον εἶναι, καὶ μάλιστα τῶν περὶ θάνατον, καὶ τὰς σωματικὰς πηρώσεις, καὶ τὸ ὑπολαμ-

θάνειν κρεῖττον εἶναι ὁπωσοῦν σωθῆναι, ἢ τελευτῆσαι καλῶς.

Timiditas incitabilis ad vindictam partis vitium, quo terroribus facilè concutiuntur, præſertim interitum minantibus. Timiditatis autem eſt ab vndecunque veniétibus terroribus commoueri facilè, ijs præſertim, quæ vel mortem ipſam corpori, vel aliquam corpoream oſtitatem minentur: tum qualitercunque ſupereſſe, ſeruarique, quàm præclarè oportere ſatius ducere.

Cauſæ timoris ſunt: pericula communia, & priuata, longinque ſpes, imminentes ærumnę, incertus exitus, & anceps fortuna, ciborum egeſtas, illatæ in alios læſiones; infauſta pręſagia, aduerſariorum potentia, quos nouit plerunque victores. nox, cælum nubibus obſitum, tempeſtates, caligo, horror. Alios intueri voce, aut geſtu, aut operibus, aut aſpectu minantes. verſari in vitæ diſcrimine ſubiectum amoris, temporum varietas, fortunæque viciſſitudines, honorum culminibus contermina exitia, gaudia finitima luctibus, ſollicitudines non completæ, hoſtes in foribus, laten-

latentes inſidiæ, aduerſitatum apparatus, manifeſtæ ſuſpiciones.

Virg. in 2. Aen.

Et procul, ò miſeri, quæ tanta inſania ciues &c.

In 7. --- ſtetit acri fixa dolore
Tum quaſſans caput &c.

In 12.

Vnum oro, deſiſte manum committere &c.

Taſſ. in can. 2. in oct. 13.

--- e ſe n'inteſe
La fama tra fedeli &c.

Ibid. in oct. 70.

Scorgerai, ch'oue tu la guerra &c.

In can. 3. in oct. 52.

Ei crollando il gran capo &c.

In can. 4. in oct. 48.

Partiſſi alfin con vn ſembiante &c

In can. 5. in oct. 27.

Tremò colui, nè vide fuga &c.

Ibid. in oct. 85.

E la mente indouina de lor danni &c.

In can. 6. in oct. 49.

Queſto popolo, e quello incerto &c.

Ibid. in oct. 63.

Quinci vide la pugna, e 'l cor nel petto &c.

In can.10. in oct.40.

—— ò Signor già non accuſo
Il feruor &c

In can.12 in oct.40.

Hor odi dunque tu, ch'il ciel &c.

In can.13. in oct 3.

Mà quando parte il Sol &c.

Signa timoris ſunt: expalleſcere, intermori, oculorum intuitus hebetari, hærere, conſiſtere, contremiſcere, ſilentium, frons demiſſa, arrectæ horrore comę, intercluſa faucibus vox è territis artubus effluens ſudor, flere, obſtupeſcere, genibus titubare.

Virg. in 3 Aen.

Tum verò ancipiti mentem &c.

Ibid. —— magnis exterrita monſtris
Diriguit viſu in medio &c.

Ibid. Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.

Ibid. Iſq. vbi dardanios habitus &c.

In 4. Aen.

At vero Aeneas aſpectu obmutuit &c.

In 6. At iuueni oranti ſubitus tremor &c.

In 7. Olli ſomnum ingens rupit pauor &c.

In 12. Illi membra nouus ſoluit &c.

Ibid.

Ibid. Genua labant, gelidus concre-
uit frigore ſanguis.
Taſſ. in can.7. in oct.59.
Gli altri di mano, e d'animo men
forte &c.
In can.8. in oct.14.
Benche molti vi ſian &c.
In can.9. in oct.78.
A quel meſchin ſubito horrore &c.
In can.13. in oct.22.
In tutti allhor s'impallidir &c.
In can.20. in oct.104.
E Soliman, ch'eſtranio colpo &c.

Effectus timoris ſunt: trepidare corde, & animo perturbari. propriæ virtuti non fidere, & ad vota, precationeſque perfugere, euentus expectatione mentem ſuſpendere. conſilium non capere, ſentẽtiam in incerto verſari. varijs curarum, & cogitationum æſtibus fluctuare, & celerem animum diuidi nunc huc, nunc illuc, nihilque inauſum, neque intentatum relinquere, fugere, abſcondi, animaduerti, incepti, patratique pigere, vitæ tædere, à rerum ſuarum defenſione deſciſcere, ordinem, diſciplinam, rationemq. deſpicere, eſſe in ancipiti, inapibus capi, obſtupeſcere, perti-

pertimeſcere, nec clari, nec certi nitoribus confirmari, beneficio fugæ carere, nec poſſe defendi, excuſationibus vacare, & preces non habere paratas, res dubias cumulari, & difficultates augeri, cuncta cenſere non poſſe fieri, & excuſationum fulcimento muniri.

Virg. in 2. Aen.

Obſtupuere animi, gelidusq. per ima

In 3. Aen. --nec iam amplius armis;
Sed votis precibuſq. &c.

In 4. Aen. Heu quid agat! quo nunc
Reginam &c.

In 5. Aſt illæ diuerſa metu per littora paſſim &c.

In 9. Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat.

Ibid. Diffugiunt verſi trepida formidine Troes.

In 12. Ac velut in ſomnis oculos &c.

Taſſ. in can. 2. in oct. 13.
E non è chi la fuga &c.

In can. 4. in oct. 50.
Ma che giouaua (ohimè) che del &c.

Ibid. in oct. 65.
Goffredo il dubbio cor volue &c.

In can. 6. in oct. 55.
E ſtà ſoſpeſo in aſpettando &c.

Ibid.

Ibid. in oct.66.

Ne ſol la tema di futuro &c.

Ibid. in oct.97.

Ma poich'Erminia in ſolitaria &c.

In can.8. in oct.29.

Stupido lor riguardo &c.

In can.9. in oct.95.

Ma chi dà legge al vulgo &c.

In can.10. in oct.3.

E riſoluendo in ſe quelche &c.

In can.13. in oct.22.

Nè diſciplina tanto,ò ragion puote &c.

In can.15. in oct.50.

Ch'vn ſecreto ſpauento al cor &c.

In can.20. in oct.46.

Mortalmente piagòllo &c.

Ibid. in oct.55.

L'occhio al moto deluſo &c.

Ibid. in oct.57.

Fuggon le turbe &c.

Ibid. in oct.104.

E chiaramente il ſuo morir &c.

Ibid. in oct.105.

Come vede talor torbidi &c.

Proprietatis timoris ſunt: in mulierum cordibus præſidere, aſſixa lateri deferre pericula,& rerum diſcrimina exiſtimare maiora, vndique

dilatari, frigido horrore cõcuti mem. bra, gelidumq. formidine ſanguinem coagulari. ſocium prouocare dolorem, oſſa confringere, ſtuporẽ iniungere, animos deperdere, vires tollere, omnes pœnas imaginari præſentes, ſeruitutis vincula cernere, captiuitatis intueri catenas. excitare tumultus, exoſam habere vitã, vltionis, & victoriæ deponere ſpem, nullo tangi rationis honore, terroris imagines adhuc in ſomnis afferre. nec arte, nec fræno regi, nec preces audire, nec iuſſa, aliquando cælari ſub amictu fiduciæ.

Virg. in 3. Aen.

----mihi frigidus horror &c.
Membra quatit &c.

Ibid. At ſocijs ſubita gelidus formidine ſanguis &c.

In 6. ---- gelidus Teucris per dura cucurrit.
Oſſa tremor &c.

In 8. Vota metu duplicant matres, &c.

Ibid. Stant pauidæ in muris matres &c.

In 12. Exoritur trepidos inter diſcordia ciues &c.

Taſſ.

Taſſ. in can.6. in oct.64.

Inſolito timor così l'accora &c.

In can.7. in oct.43.

Il perfido Pagan già non ſoſtiene, &c.

Ibid. in oct.113.

Non può far quel magnanimo &c.

In can.11. in oct.76.

— e corſe lor per l'oſſa
Vn tremor freddo &c.

In can.13. in oct.18.

Se non che il timor forſe &c.

Ibid. in oct.20.

Non rimirar le nere ombre &c.

In can.20. in oct.55.

L'occhio al moto deluſo &c.

Ibid. in oct.68.

Soletta à ſua difeſa &c.

Ibid. in oct.77.

Da i primieri à i Sezzai &c.

Ibid. in oct.104.

Lo ſtupor di ſpauento &c.

Ibid. in oct.118.

Già di tanti guerrier cinta &c.

Inſtrumenta, quibus euocatur timor, ſunt rerum inſolentium apparatus, nomen, aſpectus, arma hoſtiũ, fama, vox, prodigia, memoria præ-

teritorum laborum, quibus expellitur, ſunt, preces, iniuriæ minæ.
Virg. in 3. Aen.

Nam quæ prima ſolo ruptis &c.

Ibid. Magnis exterrita monſtris

Diriguit viſu in medio &c.

In 10. Nunc prece, nunc dictis &c.
Taſſ. in can. 1. in oct. 17.

Reſta Goffredo à i detti &c.

In can. 7. in oct. 65,

Con horribile imago il ſuo &c.

In can. 7. in oct. 35.

Turboſſi vdendo il glorioſo &c.

In 8. in oct. 81.

Talch'Argillano attonito &c.

In can. 10. in oct. 52.

Riman ciaſcuno à quel parlare &c

In can. 13. in oct. 18.

Qual ſemplice Bambin &c.

In can. 19. in oct. 131.

Non ſoſterran de le vittorie &c.

In can. 20. in oct. 141.

Hora, ch'ode quel nome onde ſi ſpande &c.

4 Cohibetur timor, cum ambiguitas deponitur, & reficitur cor, cum ira feruæſcit, virtus enitet, & ærumnarum maiorũ ſuperatarum auribus inſo-

inſonat recordatio. delectat peractorum aliquando meminiſſe malorum, & ſæpenumero calamitates, & infortunia felicitatum præparant diuerſoria. Coercent ſubditorum metus minæ iubentium, preces, præmiorũ ſpes, laus, pudor, honeſtas, infamia, periculorũ diminutio; cum demonſtratur vires hoſtium non eſſe tam formidabiles, omni ſalutis via deſtitui, nullum ſupereſſe perfugium, deſperationem tentandam. Iuuat memorare coniugia, familiam, religionem, patriam, parentes, probando prodigijs cladem hoſtibus euenturam.

Virg. in 1. Aen.

O ſocij (neque enim ignari ſumus ante malorum)

O paſſio &c.

In 9. —quò deinde fugam, quò tenditis &c.

Ibid. Troianos hæc monſtra petunt, &c.

In 10. Arcades inſuetos acies inferre pedeſtres &c.

In 11. Quis metus, ò nunquam dolituri &c.

Taſſ. in can. 5. in oct. 90.

Digitized by Google

O per mille perigli, e mille affanni &c.

In can.9. in oct.47.

Goffredo, oue fuggir l'impaurite, &c.

In can.13. in oct.12.

Signor laſcia ogni dubbio &c.

Ibid. in oct.15.

Tù vincerai ſedendo &c.

In can.20. in oct.85.

Ma già ſen viene, e grida &c.

Deſcriptione horribilium, euidentique eorum aſpectu ſenſus impelli-tur ad timorem. frigiditas quædam ex illis defluit, quæ ſedem commouet ſentiendi, & vniuerſum horrore concutit corpus. ignis degener filius timor eſt, qua de cauſa paternam figurarum integram non conſecutus hæreditatem, neceſſarium ſibi mendicat à terra.

FORMVLA.

AD Erebi fauces delapſa es, anima mea, & Ditis tormenta non times? ſuppliciorum horrore perculſa non erigis comas, artubus non friгeſcis,

geſcis, rigefacto non obriges ſanguine? à ſemita rectitudinis declinaſti, & adhuc ruinæ viam perambulas? agnoſcis erraſſe, & te nõ piget errorum? ſenſus quos vertis in pectore? conſilium è metu non capis? Iudex eſt propè: Iudex Deus ille exercituum, Deus ille vltionum, fortis, terribilis, cuius in humero germinat fortitudo, è cuius ore demanat formido, cuius faciem præcedit egeſtas, cuius vox eſt tonitrui, cuius oculi iaciunt vaſa mortis, cuius ira palleſcunt cœli, cuius furore rerum concutitur vniuerſitas. Tonabit quàm citò de cœlo Dominus, & terrores Domini cõtra te militabunt, iniquitates tuas inuiſet in virga, peccata tua verberibus numerãdo percurret, & gloriam tuam in puluerem redigét. quo abſcondaris, locus non eſt? pauper, & inops frigoribus, quonam pacto reſiſtes, cum irruet in te nix? imbecillis, & vilis qua via calamitates effugies, cum venerit dies mala? infelix, & miſerabilis quo ſcuto ſagittas ſpiritum ebibentes reijcies, ſi bonæ voluntatis ſcutum nõ habes? manus ad cœlum nequicquam attolles?

les? vlulabis ad iudicium Domini, miſericordias Domini non cantabis? Septem tonitrua perſonare mox audies: plane montibus dices, cadite ſuper me? iam precaberis terram, dehiſce modò, & ſubitò hiatu me deuora? O qualis te manet confuſio! Sacares timore, qui magiſter eſt Sapientiæ, qui fontē aperit vitæ, & dies apponit. qui malum odit, & affert hæreditatem. Spem gignere nullam poteſt, qui non conceperit ante timorem in animo. Horreſce, ſi ſapis; tremiſce, ſi credis, anima mea. timendum eſt vſque adeò, donec pacis acceperis ſignum: donec theſaurum inueneris gratiæ. Dominū duntaxat qui timet, beatus, potens, diues, glorioſus effectus ab auditione mala non timet. Trementium genua confortata ſunt: terra, cum tremuit, tunc quieuit.

DE PVDORE.

MOderator cupiditatum eſt Pudor, à modeſtia mutuatur authori-

thoritatem, à ſimplicitate ruborem: ſedem habet in phantaſia poteſtatem exercet in oculis, tranquillo quieſcit in animo, & à vitijs laceſſitus ad pugnam, Paradiſi terreſtris ad inſtar inexpugnabilis flammarũ colore munitur, mentis incorruptæ nitor eſt, animi liberi pretioſa ſuppellex, arbitrij fręnum, innocentiæ magiſter, honeſtatis amicus, turpitudinis acerrimus hoſtis, bonæ ſpei nuncius, optimæ indolis index, gloria conſcientię, famæ cuſtos, vitæ decus, naturæ laus, veritatis interpres. pulchritudinis ornamentum puriſſimo cordis ſanguine purpuratus incedit, & corruptionis eſt expers. gemmarum carere gaudet ornatu, humilitatis, & modeſtiæ characteribus fulgere contentus. humilitatis induit ſtolam, & veſtigia fortitudinis imprimit, ambulat gradu prudentiæ, propter ſuam munditiem attingit vbique, declinat à malo, & iuſtitiæ ſemitam currit. Manſuetudinis conſortium appetit: nec præſumit; nec audet: iniuſtè nil agit, peruersè nil cogitat *σκοπος* honeſtas eſt: quæ nil cupit, quod ratio non permittat, occaſio non ſuadeat,

&

& neceſſitas non efflagitet. patientiam oſtentat in actibus, & ſilentio comprimit labia, quando cultus iuſtitiæ ſilentium eſt. ſolitudinem quærit, & tenebrarũ latibula fugit: quærit ſpecioſa deſerti, ſilentiũ, & quietem. ſemper latet: credit ſe præſentem eſſe mentibus omnium, cũ diſtat ab oculis omniũ: nonnunquam proſilit coliturque rubore depictus, & & rubore virtutem an ipſe pingat, an ipſe à virtute pingatur, incertum eſt. Vbi ſuum erigit labarum, affectuum vniuerſitas otiatur: virtutum baſis, & torques eſt: morũ eſt gemma, ſine qua Gratia non renidet, ſine qua ſpiritus libertas in pernicẽ deſinit. componit habitum, motum, inceſſum: à forma non abeſt, & plurimum addit formæ ſuffragiũ. Flos eſt qui ſtatim areſcit, vbi ſalutaribus aquis non irrigatur: zephyros non admittit laſciuientes, mollitiei non ſpargitur rore, & inter ſpinas ſeueritatis ſeruat ſe tutum. ætatis purpuraſcit in vere, ſanctitatis diffundit odores, & meſſem pollicetur locupletiſſimam. Iris eſt, quæ ſerenitatem indicit, ſplendet, lucet, & luci-

dior

dior nuſquam eſt, niſi quando lucem non iactat. Cui ſapientiæ diſciplina pateſcit, pudoris lumen illucet.

Ariſtot. 2. Rhetor. cap. 6. ἔσω δὴ αἰσχύνη λύπη τις, καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν, ἢ παρόντων, ἢ γεγονότων, ἢ μελλόντων ſit autem pudor dolor quidam, & confuſio in ijs, quæ ad offenſionem exiſtimationis videntur pertinere, malis aut præſentibus, aut præteritis, aut futuris.

Cauſæ Pudoris ſunt: honeſtas, modeſtia, onerum recordatio, aduerſariorum progreſſus, & prerogatiuæ, ſociorũ præclara geſta, arrepta fuga propter timorem vnius, aut perſonæ tenues vires iactantis, culparum cognitio, alijs poſthaberi; demonſtratio loci, à quo defluxerunt dedecora, & læſiones. ſegnes ducere dies, & ſtimulo gloriæ non tangi, illudi, & debitæ dignitatis inſignibus ſpoliari, alijs ſubijci, errores renouaſſe primæuos, indignum petitis renunciari, flante fortuna victoriæ laudem amittere, vitam agere à ſuo ſtatu, & ſuis muneribus alienam, intemeratos ſeruare amores, & fidem, la-

bores,

bores, & pericula declinare pietatis, vel iuſtitiæ gratia, ſuperborum dominio premi, vnum laborare pro multis, vnum gloriam petere, & reliquos omnes deſides otiari.

Virg. in 4. Aen.

Ille meos, primus, qui me ſibi
iunxit amores &c.

In 9. Non pudet obſidione iterum,
valloque teneri &c.

Ibid. Et Mneſtheus, quò deinde fugam, quò &c.

In 11. Quis metus, ò nunquam doliturí &c.

In 12. Occidit infelix, ne noſtrum
dedecus Vfens &c.

Ibid. Non pudet, ò Rutuli, cunctis
pro talibus vnam.
Obiectare animam &c.

Taſſus in can. 4. in oct. 13.

Noi trarrē neghittoſi i giorni &c.

Ibid. in oct. 81.

Ah non ſia ver per Dio &c.

In can. 5. in oct. 13.

Ben altamente hà nel penſier tenace &c.

Ibid. in can. 6. in oct. 81.

Onde ſi ferma, e d'ira, e di diſpetto &c.

In

In can.6. in oct.59.

Ma l'honeſtà regal &c.

In can.7. in oct.49.

Poi gli ſouuien d'Argante &c.

In can.8. in oct.7.

—— e ſentia in parte
Sdegno, e vergogna &c.

Ibid. in oct.10.

Soggiunſe alfin: come già il popol franco &c.

Ibid. in oct.64.

Ciò che ſofferto habbiam d'aſpro &c.

In can.10. in oct.8.

Soliman, Solimano i tuoi sì lenti &c.

In can.12. in oct.3.

Ben hoggi il Rè de Turchi &c.

In can.16. in oct.30.

Egli al lucido ſcudo &c.

Ibid. in oct.32.

Và l'Aſia tutta, e và l'Europa &c.

Signa Pudoris ſunt: erubeſcere, & vultum igne perfundi, ſilentium, oculos demittere pudibundos honeſtatis colore conſperſos, exardeſcere flāmis audaciæ, humilem inflectere frontem; confundi, & voce, motuque carere. rauca, vel tremula voce loqui, & ingemere. Virg.

Virg. in 12.

Accepit vocem lachrymis &c.

Taſſ. in can.4. in oct.94.

O pur le luci vergognoſe, e chine &c.

In can.5. in oct.12.

Quì tacque Euſtatio &c.

In can.10. in oct.24.

—— E in queſto dire

Sfauillò tutto &c.

Ibid. in oct.59.

Vergognando tenean baſſe &c.

In can.16. in oct.34.

Tacque, e'l nobil Garzon &c.

In can.19. in oct.91.

Ella dal petto vn gran ſoſpiro &c.

Effectus Pudoris ſunt: vereri ne lux nominis euaneſcat, vario curarũ examine cingi, ſtupefieri, ab hominum cõſpectu faciem remouere, longius à cunctis abſcedere, in aliorum glorioſis operibus propriæ ignauiæ exprobrationem aduertere, nolle ab æquo deflectere greſſum, præbere ſe diſcriminibus, honoris iacturam animi cruciatu deplorare, deſipere, indignari, mortem expetere, conqueri, ad Deum confugere, machinari, cunctari, rerum colores effingere, lentescere,

teſcere, irrideri, contemni. ornatum reſpuere pulchritudinis; intra parietes propriæ domus cuiuſq. meriti cælâre ſplendorem, obſeruatorum oculos euitare, ruſticari, & ſolitudinem colere, modum cupiditatibus ponere, nil quærere, neſcire mentem detegere, non audere, aut non intueri, aut negligere, aut floccipendere amantes, cogitata nimis audacia cohibere; pręcipitare moras, cum zelus, aut honeſtas id poſtulet. ſuos memorare dolores, & pœnam non aperire peculiarem, oculos deflectere, & verba non bene diſtinguere, experiri in viſceribus morſus, indormire deſidiæ.

Effectus amiſſi pudoris ſunt: vileſcere, transformari, nullum propriæ extimationis adhibere reſpectum; furenter, & remoto ſanæ mentis cõſilio currere, ſuam turpitudinẽ confiteri, lachrymari, excuſare vitæ licentiam, illum inſequendo maledictis, qui primum membra mancipauit infamiæ.

Virg. in 4. Aen.

Sed mihi vel tellus optem &c.

Digitized by Google

In 10. Omnipotens Genitor, tantō
me crimine dignum &c.

Taſſ. in can.2. in oct.14.
Vergine era fra lor di già &c.

Ibid. in oct.16.
Ei, che modeſto è sì, come &c.

Ibid. in oct.17.
Moue fortezza il gran penſier &c

In can.4. in oct.57.
Diſſe, ch'Aronte i hauea co' i doni
&c.

Ibid. in oct.60.
Arder minaccia entr' il caſtello.

Ibid. in oct.73.
Che poiche legge d'honeſtate &c

In can.8. in oct.11.
Par, che la ſua viltà rimproue-
rar ſi ſenta &c.

In can.10 in oct.24.
Prima dal corſo diſtornar &c.

In can 13. in oct 29.
Non s'auuide eſſo allhor d'hauer
temuto &c.

In can.14. in oct.69.
Ma ingeloſita di sì caro pegno &c

In can.16. in oct.31.
Qual huom da cupo, e graue ſon-
no &c.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. in oct.38.

Corre, e non hà d'honor cura &c.

Ibid. in oct.47.

Me fra l'altre ſue ſpoglie il campo &c.

Ibid. in oct.73.

Perche le mie vendette io veggia &c.

In can.19. in oct.90.

Queſte ſon le cagion, ma non già ſole &c.

Proprietates Pudoris ſunt: ſibi immortalitatem aſſumere, & ſidera vendicare, indignationis rubore cõfundi, affici propter culpam acerrimo morſu, pœnitere, animaduerſionis tædere ſerotinæ; titulorum, quorum vſus eſt inconueniens, vſurpationem execrari. agere ſurdum, & cœcum, aliquando aſciſcere ſibi comites lætitiam, & metum, & ſuſpiria fundere. aliquando incedere cum rubore, & cum riſu, & inſidias tendere. aliquando conſpirare cum timore, cum dolore, & cum ira, & ruere ad arma.

Virg. in 4. Aen.

—— te propter eundem
Extinctus pudor &c.

In

In 9. Ergo & ſi conferre manum pudor &c.
In 10. Arcadas accenſos monitu &c.
Taſſ. in can.4. in oct.94.
E'l roſſor de lo ſdegno inſieme &c
In can.10. in oct.60.
Partimmo noi, che fuor de l'vrna &c.
In can.15. in oct.62.
Così da l'acque, e da capelli &c.
In can.19. in oct.114.
Ella fra lieta, e dubbia &c.
Inſtrumenta Pudoris ſunt: honeſtum, infamia, gloria, dedecus, reprehenſio, vituperium.
Virg. in 5.
Non iã prima peto Mneſtheus &c
Taſſ. in can 6. in oct.72.
Dunque il titolo tu d'eſſer pudica &c.
In can.18. in oct.73.
O vergogna (dicea) che lá &c.
Quo pacto quis poſſit eximi pudoris opprobrio? ſi Deum ſemper adeſſe cenſeat, ſi Patriæ, & maiorum imaginis præ oculis ferat, ſi ſanctitatis, & innocẽtiæ laude trahatur, ſi noſcat errores, & malorum præmeditetur indignitatẽ, ſi gaudeat dedecori modum

dum ponere, ſi culpas, & culparum memoriam remotis in finibus profligauerit, ſi delicta tradat ſilentio, & vmbris, ſi pulchritudinis, virtutis, & natalium radios colat, ſi reſpuat alienam à gloria ducere vitã, & cœli monita non contemnat, ſi prioris famæ alliciatur applauſu, ſi vitiorum in prædam ruere erubeſcat, ſi nolit gemmam illam virtutis, quam inter tot infortunia ſeruauit intemeratam, inter tranquillitates amittere, ſi caueat ſyrenum inſidias, ſi parcat inertiæ, ſi laborũ meritis inhiet. Si percipiatur iniquè agendo lucem cõmutare cum tenebris, æternos gaudiorum annos cum perennitate pœnarũ. Si mentis robur ſit inflexibile, ſi pectoris ardor nunquam indormiat, ſi cuncta Cupidinis arma perfringat: Amor plerunque pudorem intempeſtiuitatis accuſat, & extra cordis anguſtias eliminando timorem, audaciam accerſit, & ſpem.

Virg. in 9.

Non infelicis patriæ, veterumque Deorum &c.

In 12. Vſque adeò ne mori miſerum eſt? &c.

Taſſ. in can.6. in oct.71.

—— O Verginella,

Che le mie leggi inſin'ad hor &c.

In can.9. in oct.99.

Vinca (alfin diſſe) il fato, e queſta &c.

In 12. can. in oct.86.

O Tancredi, Tancredi, ò da te ſteſſo &c.

In can.14. in oct.77.

Vuò, ch'à lui vi ſcopriate &c.

In can.16. in oct.54.

Deh che del fallir noſtro hor quì, &c.

In can.17. in oct.61.

Signor non ſotto l'ombra in piaggia &c.

In can.18. in oct 13. --ò quante belle

Luci il Tempio celeſte in ſe raguna &c.

In can.19. in oct.91.

Ella dal petto vn gran ſoſpiro &c.

Quantumuis Pudor terræ ditioni ſubdatur, aliquid caloris mutuatur ab aere, & obnoxius corruptioni nō eſt. συνίσταται δὲ οὐδὲν θερμόν. ab vtroque materiā ſumit facundiæ: varijs decoratur coloribus, ſed tempus in omne ſpecioſior prænitet colore virtutis.

FOR-

FORMVLA.

QVibus verbis, Mortales, excitabo vos ad Pudorem, ſi Pudor eſt infans? neſcit plura profari, & taciturnitate contentus eſt. ne verbo labatur ex ore, vnum tantũ admittit in ore verbũ, quod Verbum eſt Dei. mandatũ Domini cuſtodit in pectore, & non ſeducitur vanitate: iuſtificationes Domini meditatur in animo, & immaculatum explicat cor. O quam vanus verborum eſt numerus, vbi modicus ſufficit apparatus! figurarũ varietas nullum affert oblectamentum, vbi præſidet veritas: ſonantium vocũ concentus non allicit, vbi ſobrietas prophanũ nil ſuſtinet. Itaque parcam ſermoni, & deſcriptã vobis oſtendam Roſam, cui ſimilis Pudor eſt, vt protinus ad illius curratis odorem. Primo Veris exoritur mane, Roſa, odoris præſtantiam mutuatur ab æthere, colorum varietatem deſumit ab aere, captiuam in comis obtinet gratiam, innatantem in ſinu leporem anguſtat, admirationem

hoſpitatur in habitu, pulchritudinem oſtentat in ſitu. oculos ſiſtit in folijs, & animos nō deterret in ſpinis. ſpem ſimulat caudice, maieſtatem educat ſemine, faſtum honoris portendit in ramis, ſacramentũ æternitatis in radice præcludit, feliciori fortuna volubilem mutatura cataſtrophen, in orbem apparet: hyemis expulſura terrorem expandit frondes, & exhilarat campos: iacturas inſtauratura naturæ ſpiritus ſuauitatis effundit, & recreat vniuerſum. Vt hominum corda dilatet, vireſcit in ſtipite; vt egeſtatem à terris amandet, inſtar auri flaueſcit in gremio. à placidiſſima aurarum cohorte ſeruitur, à tellure renunciatur regina florum. Purpurat, candet, anni venuſtas, mundi voluptas, ſpirat beatitatem, olet amorem. hortatur feras ad manſuetudinem, ad cantum excitat volucres, prata cogit ad riſum, ad concordiam elementa compellit. Primigenia Solis noctu lateſcit, & vbi Solis radios ebibit, lachrymis, quas ab Aurora libauit, effatur. ſic cauſam perorat ſuam: ſic ad ſui amorē inuitat omnes. Quis illam, cum viderit, ſtatim non

con-

concupiſcet, & admiſſo vngue non metet? veræ rationis eſt inops, qui bono non inhiat. Talis eſt Pudor, & vt vernãte tantummodò roſa triumphat Ver, & receſſere procellæ, perinde ſeruato duntaxat pudore exultat Virtus, & vires perdunt iniuriæ O beatos mortales, qui talem acceperint florem! flore tantũ hoc comparato, totam virtutum habebunt meſſem! tunc malum ſcient, & bonum: dicenda, & tacenda callebunt: Procul à cõfuſione diſtabunt, & erratorum non acquieſcent illecebris. ſuper aurum eſt gratia verecundiæ: glorioſam confert hæreditatem, & nomen æternitati cõmittit. Sed quò tanta verborũ vbertate progredior? quò me rapit pudoris amor? perueniat ad extremum oratio. qui decoratur ſilentio, commendari non patitur multiloquio. cui ſplendor ſatis eſt ſuus, externum nõ appetit lumen. Gaudent in viſceribus terræ latere pretioſa naturæ. decet inter abyſſos commorari theſauros.

Digitized by Google

DE IMPVDENTIA.

GLoriæ contemptus eſt impudentia, è ſordidi quæſtus cupiditate productus, animi ingrati pediſſequa, infamiæ comes, audaciæ affinis. Sagacitatis induit veſtem, perfricta fronte deambulat. verſatur vbique terrarum, coaleſcit in aula, perſonatur in Templo, ſuas dotes oſtentat in foro. felicitatem ſimulat vultu, ſed ærumnas abſcondit in pectore, ſerenitatem iactat in oculis, & tempeſtates hoſpitatur in corde, peiora celat intrinſecus. Terram ſpirat, & terræ ſordibus paſcitur. Non erubeſcit, nec timet. ignobiliora corporis membra honore proſequitur abundantiori, famem alit ventre maiorem, caliceſque coronat, & pateras. decerpit laudem, vnde rubor emanare duntaxat poteſt, è vitio ſibi comparat gloriam, è deſidia titulum grauitatis. ex vitiorum officina ſuppellectilem ſibi præparat: Virtutes, aut non admittit, aut accipit fœdaturas. mentis corruptio eſt, indocilis,

petu-

petulans, improba: diſſonantiam profitetur in moribus, tenebras cenſet cuncta; nil videt, nec quid noceat, nec quid expediat: indulget iniquitati, inanibus morem gerit, in operibus adhibet fas, & nefas, honeſto inconueniens copulat, ſpecioſis adornat turpia, excuſat neceſſitate inhoneſtum, obſcænitates alacritate colorat, riſibus commendat indigna, voluptati committit infamia. ſemper creſcit, ſemper augetur, & tempore nunquam ſeneſcit: annos exigit, vt Aranea, improbitati conſtruit velamentum, libidinibus ædificat propugnaculum. Naturæ leges non patitur, in omne ſcelus effunditur: nil cõſcientiæ cauſa, temeritatis peragit omnia. aberrat in vaniloquium, & ſermo ipſius ſerpit, vt cancer; doctrina ipſius inquinat inſtar picis: ſedet cum concilio vanitatis, & introit cũ iniqua gerentibus. Deuaſtat gentium fortitudinem, & naues cogit ad vlulatum: ſanctum Domini polluit, & Lunam prouocat ad ruborem. Arbor eſt, ſub qua corrupta eſt prima Parens: quæ, præter vmbram, nil dat. Vas perditum eſt, in quo

tantúmodò venena ſeruantur mortis.

Ariſt.in lib 2. Rhet.cap.6. ἡ ἀναισχυντία, ὀλιγωρία τις, καὶ ἀπάθεια περὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα. Impudentia deſpicientia quędam,& vacuitas perturbationis in his ipſis.

Cauſæ Impudentiæ ſunt:voluptas, oblectamentū, ſpes, occaſio, circumſtantiæ; pulchritudo,quæ defloreſcit: iuuentus, quæ fugit. aliorum currere curſum; naturæ, & genio morem gerere, ferarum non induiſse naturam, à ſaxis non didiciſſe duritiem, nec pectus ex ferro, vel ex adamante ſortitum eſſe.

Virg. in Ecl.10.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

In 3. Georg.

Omne adeò genus in terris &c.

In 4.Aen. ——placito ne etiam pugnabis amori?

Ibid. His dictis incenſum animum inflammauit &c.

Taſſ. in cant.6. in oct.73.

Da l'altra parte il conſiglier fallace &c.

In can.14. in oct.62.

O Giouinetti mentre Aprile, e Maggio &c.

In

Digitized by Google

In can 16. in oct.14.

Deh mira (egli cantò) ſpuntar la roſa &c.

Signa Impudentiæ ſunt: lenocinia, amplexus molles, incompoſiti motus, blandè langueſcere, ſaltus, tripudia, choreæ, cachinni, actiones, habitus, cantus obſcæni, temeritatis, & arrogantiæ conatus, & impetus. Virg. in 1. Georg.

Quam Cereri torta redimitus tempora &c.

In 2. Georg. Verſibus incomptis ludunt, riſuque &c.

In 8. —— & niueis hinc, atque hinc Dina lacertis &c.

Taſſ. in can.2. in oct.90.

Spiegò quel crudo il ſeno &c.

In can.16. in oct.17.

Vede pur certo il vago, e la diletta &c.

Ibid. in oct.21.

Volgi (dicea) deh volgi il Caualiero &c.

In can.18. in oct.28.

E incominciar coſtor danze, e carole &c.

In can.19. in oct.107.

Ma che è ſquallido, e ſcuro &c.

Effectus Impudentiæ ſunt, cedere voluptatibus, & laxatis habenis in vitiorum turpitudinem ruere, neque famæ, neque nominis laudi operam nauare, vri, & flagrantiſſimum æſtum occupare mentem, & oſſa, aliorum opinioni detrahere, contumeliam inferre, actiones accelerare, à ſeipſo diſcedere, rebus ſuis non laborare, & à publica vtilitate deſciſcere, arbitrari tantummodò honeſtum, quod placet: gloriæ ſibi dedecora ducere, iniquitates, & ſcelera. ſine conſilio ferri, obiurgationes nihili pendere, transformari, & res anteà præclarè geſtas obliuione delere, audenter facinora perſequi, lætari de fraudibus, plurima polliceri, & ſuis viribus nimium fidenter inniti, nil metuere, in varias rapi partes, abijcere æqui, honeſtique propoſitum, è criminibus aliorum excuſationes expetere.

Virg. in 4. Aen. —— & oblitos famæ melioris amantes.

In 7. En perfecta tibi bello diſcordia &c.

In 8. —— ille repentè,
Accepit ſolitam flammam &c.

Ibid. Senſit læta dolis, & formæ conſcia coniux. In

In 11. Fœmina palantes agit, atque hæc agmina &c.

Taſſ. in can.5. in oct.70.

La folle turba de gli amanti &c.

Ibid. in oct.73.

Vinciſlao, che ſi graue, e ſaggio &c.

In can.6. in oct.8.

Temer non dei per iſciagura &c.

Ibid. in oct.27.

Poſcia immobil ſi ferma, e pare vn ſaſſo &c.

Ibid. in oct.69.

Nè già d'andar fra la nemica &c.

Ibid. in oct.70. —— dal molle ſeno

Sgombra amor temerario &c.

In can.10. in oct.52.

Spera (gli dice) alto Signor &c.

In can.16. in oct.21.

L'vno di ſeruitù, l'altra d'impero &c.

Ibid. in oct.38.

Corre, e non hà d'honor cura &c.

Ibid. in oct.47.

Me fra l'altre tue ſpoglie &c.

Ibid. in oct.72.

Ritentar ciaſcun'arte &c.

In can.17. in oct.49.

Tolga il ciel (dice poi) che le quadrella &c.

In can.19. in oct.97.

Alſin cercando al viuer mio &c.

In can.20. in oct.69.

Hor tal veggendo lei, ch'amando &c.

Ibid. in oct.95.

Grida il crudel, ch'à l'habito &c.

Proprietates Imprudentiæ ſunt: pudorem ſoluere, & denegare verecundiæ locum, rebus proſperis mores, & habitus deprauare, arrogantiam augere, iniquitatibus corruptelis, rapinis, ſtupris animum dare; nomen, & exiſtimationem deturpare, dementer clamores attollere, petere temerè, & petulanter.

Taſſ. in can.16. in oct.40.

Forſennata gridaua. ò tu che porte &c.

In can.19. in oct.54.

E certo io ſon, che perderanla alfine &c.

Ibid. in oct.90.

Malguardata vergogna intempeſtiua &c.

Inſtrumenta Imprudentiæ ſunt: vox, quæ ſuauitèr plorat, aut canit: pulchritudo, quæ dulcitèr intuetur, & ridet. blanditiarum mollities, aſpe-

ctus

ctus ſimulati, preces fictæ, obuelare virtute temeritatem, veritate mendacium. Aſſentatio, oſtentatio membrorũ, virtutis, & gloriæ diminutio, ſpes, & acceſſuræ felicitatis opinio.
Taſſ. in can. 4. in oct. 25.

Vanne al campo nemico: iui s'impieghi &c.

Ibid. in oct. 31.

Moſtra il bel petto le ſue neui &c.

Ibid. in oct. 34.

Donna, ſe pur tal nome à te &c.

In can. 14. in oct. 63.

Nomi, e ſenza ſoggetto idoli ſono &c.

In can. 15. in oct. 63.

O fortunati peregrin, cui &c.

In can. 18. in oct. 10.

Deh nè voce, che dolce pianga &c.

Impudentiæ vacabimus, cum nobis patuerit è vitijs animi deformitatem manare, & virium potentiam deſtrui: agemus fortitèr vnumquodque, ſi affectuũ oblectamenta cauebimus, & quotidie culparum meditabimur ignominiam.

Virg. in 3. Geor. Sed non vlla magis vires induſtria firmat &c.

Vſum

Vſum Impudentiæ demonſtrare calamo noſtro non licet. Humana peruerſitas, quæ ſemper vergit ad peius, ipſa criminum vniuerſorum inuentrix, incompoſitis coloribus pleniſſimam docet.

FORMVLA ſequens non excitat, ſed remouet impudentiam.

ERubeſce, ò Miſer? erubeſcit, & confunditur teſtis illa fidelis Luna, dum te videt per prata laſciuiæ veſtigantem abyſſos, per Mare flagitiorum expoſcentē ex omni parte voragines. Pudor, quem ante ſtatueras cuſtodē in oculis, ne per illos, ac veluti per feneſtras, irrueret mors, amplius in ſtatione non eſt. Dediſti legibus terga., & cum ratione non congruis? dediſti alienis honorem, & cum admiratione, plauſuque non emicas? feſtinat pes tuus in dolo, & oculos non habes cum mente con-

cor-

ſordes? anno benignitatis abuteris, & geſtorum memoriam maculas? Quæ te cœpit dementia? quæ tanta tuo pectori venit ignauia? Deſerere Deum, deſpicere gloriã, derelinquere pacem, nec te miſeret, nec te pudet? Pateris areſcere ad ignes cupidinum, quos effudiſti, laudem comparando, ſudores? ſonitus ille tubarum, qui lætus iam triumphorum tibi præcinebat applauſus, nunc modò raucus infamiæ dedecora perſonat. Fama, quæ tuæ virtutis pediſſequa, iam pennas multiplicabat, & linguas, iacet nunc torpens, & muta. Qui mille hoſtium turres æquaſti ſolo, arcem erigis ex cloaca. qui tantum ad Solem oculos attollere conſueueras, caligas ad tenebras. O tenebræ! ò lutum! ò ſordes! ò paterni generis oblite, materni vix memor! In malitia gloriaris, & verba præcipitationis eructas: cogitas iniuſtitiam, & ludentium in conſilio conſides. Indormis deſidiæ, & peccandi maximũ lenocinium impunitatis ſpes eſt. Credis frœnum erroris eſſe ſolummodò metum, & falleris? Nobilitas te non eximit ab opprobrio.
ho-

Digitized by Google

homo, cum natum ſe exiſtimat liberum, pullus eſt onagri. militia vitæ licentiam non excuſat: quicquid ſeminas, metes. ſeuiſti labores, meſſuiſti triumphos. ſeris in turpi inertia voluptates, corruptionem è delicijs demetes. Quid ferrum in latere, ſi cedis, & vinceris colo? quid iactas in pileo plumas, ſi ſerpis humi? captas præconia è plagis, quas geris in corpore; ſed è vulneribus, quæ condis in corde, colligis contumelias. Eques non es, ſi vitiorum iumentum es? vitiorum ſarcinam vehis, & impinguatus, dilatatus recalcitras. Accipis noſtras voces, & non erubeſcis? noſtra dicta perpendis, & non confunderis? Tanquam vas perditum factus es, abundas iniquitatibus, reſonas vanitatem, & in vanitatibus Deum irritas. Idcircò victimæ tuæ Deo non placent: holocauſta tua Deo non ſunt accepta. munerum multitudinem non reſpicit Deus. Imaginem Dei, quam præfers in animo, corrupiſti, ſanctum Domini polluiſti. portabis iniquitatem. vindicta carnis impij, ignis, & vermis. multiplicabitur tibi ignominia,

minia,

minia, apprehendent te poſtremum dolores, dies feſti conuertentur in luctum, Sabbatha in turpitudinem, honores in nihilum. in obliuionem iam cades, labores tuos confuſio deuorabit, & in opprobrio dormies.

LAVS DEO.



Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

PRæter nouum, iucundum, & vtile, quod inſpicis hoc in libro, aliud longè præſtantius in ipſo latet, amice Lector. Illud ſi noueris, totum conſecutus es opus. Operæ pretium eſt illud vnum cognoſcere, cuius cognitio, ſcientia ſalutis eſt: cuius electio, pars optima eſt. Procedit à luce, & directo fertur itinere: ignis naturam ſortitur, & alis ventorum gaudet progredi ſuper aquas. Spiritus eſt, & commune cum carne nil habet · candor eſt lucis æternæ, cœli ornamentum, ſpeculum ſine macula, bonitatis imago. Principium appetitus eſt, ſimilia ſimilibus copulat, & excitat incrementa virtutum: contraria contrarijs nectit, & efficit harmoniam. Semper eſt idem, & varietatibus circumamictum effulget: cum bona largitur, rutilat ſimplex: cum mala, perſtrepit multiplex. Semper in actu eſt, & à deſidia abhorret; in animas ſan-

ctas

ctas ſe transfert, & miniſtros tranſformat in flammam ignis. Quò primùm peruenerit, oraculorum myſteria detegit, futuros reuelat euentus, verſutiaſque ſermonum, diſſolutioneſque manifeſtat argumentorum. Quò ſemel quieuerit, pacis abundantiam affert, renouat iuuentutem, & ab ore manna non prohibet. Omnia continet, & ſcientiam habet vocis; ligat cuncta naturæ conſortio, fortiter a fine ad finem attingit, & ſuauiter vniuerſa diſponit. Omnes potentias ſuas in motu, lumine, & ſitu conſtituit: in ſpiritibus ſeptem ſtellarum vires enumerat ſeptem. Theſaurus eſt, margarita eſt; cui ſi comparabitur aurum, aurum vileſcit: ſi conferetur imperium, imperium à maieſtate degenerat. Non eſt, qui reſiſtat illius voci: non eſt, qui ſe abſcondat ab illius calore. vbi ſpirat, impellit: vbi fulget, incendit. Iſto grauidus Orbis terrarum diſſimilia parturit. Ob iſtud ſub Sole non eſt velocium curſus, bellum fortes non parant, artificum gratia in operibus nulla eſt, diuitias docti, Sapienteſque non obtinent, ijdem ven-

venti eundem, vbique non afferunt imbrem, eadem aſtra eoſdem vbique non tranſmittunt influxus. Qui tantam mirati ſunt poteſtatem, illam venerati ſunt votis, cœlique dixere Reginam. qui tantam experti ſunt vim, illi menſam appoſuere, fatalemque illam nominauere fortunam. Qui talem rebus in vniuerſis intimam meditati ſunt agere cauſam, cõmunem illam vocauere parentem, titulumque illi conceſſere Naturæ. Illam fecere cœcam, qui cœci ſunt: nuncupauere volubilem, qui mentis ſunt inopes. Illam aſſeruerunt ignotam, qui ſedent in tenebris: profeſſi ſunt infidelem, qui proficiſcuntur de gente non ſancta. Felix, qui cauſam hanc noſcit, & ab eius vſu non abeſt. alta ſunt eius iudicia, mirabiles eius viæ. Pluſqam Maris ſunt eius elationes, eius facultatibus numerus ſtellarum eſt minor. Hæc vna duntaxat facillimè & nullo negotio flectit affectus. Hanc qui perceperit, animæ ſedem in corpore non dicet incertam, affectibus non viuet, vt vulgus, ſolum Deo parebit, & cunctis imperabit hominibus. Hanc fortaſſe

caſſe ſcrutatus eſt Ariſtoteles in librō de Mundo, cū dixit. *μία δὲ ἐκ πάντων ἁρμονία συναδόντων, καὶ χορευόντων κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐξ ἑνός τε γίνεται, καὶ εἰς ἓν ἀπολήγει*. Vt huius lumine repleaaris, omnem lapidem moue, improbo labori ne parcas. Vbi ad illam perueneris, delectare: completum eſt deſiderium tuum: inueniſti quod diligit anima tua. tene illam, & ne dimittas: aſſecutus es poſſeſſionem illius, quod humanum non eſt, cum hominum natura in pleriſque ſit ſerua, & clarum tibi iam patet obſcuriſſimum dictum illud Heracliti, *συνάψιας οὖλα, καὶ οὐχὶ οὖλα, συμφερόμενον, καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον, καὶ διᾷδον, καὶ ἐκ πάντων ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα.*

Errata ſic Corrige

fol.	lin.		
5	13	Deſidereum	Deſiderium
7	11	auerſam	aduertam
7	15	affectum	affectuum
8	3	tno	tuo
8	4	ſeruiat	ſeruiet
10	24	immitantar	imitanter
11	15	vegatur	vagatur
12	20	perranſientes	pertranſeuntes
12	18	incoſtantes	inconſtantes
12	24	immitantes	imitantes
27	19	præcum	precum
		per orationẽ	perorationẽ
28	13	exeſtuet	exæſtuet
32	vlt.	repetito	repetitio
33	1	diſſolutum	diſſolutio
34	14	iuſtitie	iuſtitiæ
37	vlt.	conflatur	conflatus
		circumdatus	circumdatur
38	6	ſibicis	libicis
45	20	ſpleme	ſplene
66	12	terrens	terrenæ
71	2	intenditer	intendit iter
73	17	facultats	facultas
77	25	erubeſcant	erubeſcam
80	3	genus	genas
87	1	inuenis	inuenies
91	27	sementes	trementes

Digitized by Google

fol.	lin.	*Errata*	*ſic Corrige*
119	12	obſtupuſcere	obſtupeſcere
126	16	æruminis	ærumnis
140	28	vindictm	vindictam
141	16	Adhuc	Ad hæc
145	21	In 2. Aen.	In 3. Aen.
	22	genuſque	genibuſque
151	28	audit	audet
159	1	liquebat	linquebat
162	11	querere	quærere
168	26	miſearis	miſerearis
170	17	vtitnr	vtitur
178	13	laudabilibur	laudabilibus
179	21	apperté	aperté
183	18	Tumo	Turno
190	14	deſſidere	diſſidere
192	2	delectu	defectu
	9	cultos	cuſtos
	20	prodncit	producit
	vlt.	exeludat	excludat
194	15	longinque	longinquæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google